

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Martini Chemnitii, Doctoris Theologi celeberrimi, Harmonia Quatuor Evangelistarum

Quam ab Eodem feliciter inchoatam ... D. Polycarpus Lyserus, et D.
Johannes Gerhardus, ... Is quidem continuavit, Hic perfecit ; Opus
Eruditionis Stupendæ, Orthodoxorum consensu approbatum, idemque tot
Eruditorum desideriis adhuc expetitum

Qui D. Johannis Gerhardi Continuationis Partes Tertiam, Quartam,
Quintam, Eamque postremam complectitur - Denuo nunc in Lucem prodit,
Cum jndicibus ...

**Gerhard, Johann
Chemnitz, Martin
Leyser, Polycarp**

Hamburgi, MDCCIIII

VD18 90617819

Caput CCI. Conviantur Christo Crucifijo Omnes, Latronum Simul
Crucifixorum Alter Convertitur.

urn:nbn:de:gbv:45:1-17617

CAPUT CCI.

CONVICTANTUR CHRISTO CRUCIFIXO OMNES,
LATRONUM SIMUL CRUCIFIXORUM ALTER
CONVERTITUR.

MATTH. 27. v. 39. MARC. 15. v. 29. LUC. 23. v. 35.

RATIO ORDINIS.

Divisioni vestimentorum subjungunt Evangelistæ commemorationem blasphemiarum in Christum conjectarum, cum enim Christum in cruce levatum manibus tangere ulterius non possent, venenatarum suarum linguarum spiculum adoruntur; levierant in corpus, diviserant vestimenta, nunc animum ipsius ad desperationem, impatientiam ac diffidentiam sollicitant, ut hacratione & anima & corpore ipsum perdant. Johannes non describit illas blasphemias, quippe quas à reliquis Evangelistis, post quos scripsit, jamdum accurate expositas videbat, sed earum loco peculiare quid à reliquis Evangelistis prætermisum & sibi in propria persona factum, commemorat, quod scilicet Christus Mariam matrem semper virginem sub cruce stantem sibi commendavit verbis hisce: *En hec est mater tua, quam proinde protinus ad se receperit.* Quarè cum solus Johannes hanc Historiam describat, nec certò constet, an blasphemiae prius in Christum conjectæ, an vero ma-

ter ipsius Johanni prius commendata fuerit, ideo quidam statuunt, Johannis narrationem decura, Mariæ sibi commendata præmittendam esse rectioni blasphemiarum in Christum conjectarum, quem ordinem etiam Bugenhagius in Harmonia observat. Sed concinnius videtur blasphemias prius præmittere, ut matris ac Johannis dolor intelligatur ex eo non leviter auctus, quod enormes illas blasphemias contra Christum eructatas audire fuerint coacti, antequam conlacionem illam à Christo audirent. Et quia cum blasphemias illis conversio latronis ac promissio eidem facta immediatè sunt conjuncta, ideo magis convenit, Christum, qui pro transgressoribus sine crucifixoribus suis primo omnium rogaverat, de latronis conversione & salute æterna prius fuisse solicitor, antequam de temporali salute matri prospiceret, testatur enim Evangelica Historia, quod semper plus solitus fuerit de æterna salute credentium, quam de temporali felicitate cognatorum. Matth. 12. v. 46. Marc. 3. v. 34. Luc. 8. v. 19.

BLASPHEMIARUM IN CHRISTUM CRUCIFIXUM CONJECTARUM ENUMERATIO; LATRONIS ALTERIUS SIMUL CUM IPSO CRUCIFI XI CONVERSIO.

MATTH. 27.

39. Οἱ Ἰudeοφρόδιμοι εὐθλασφήμοι ἀντὸν κινέντες πάς κεφαλὰ ἀπέν. 39. Prætereunte autem convicia jaciebant in eum, moventes caput sua.
 40. Καὶ λέγοντες, ὁ καβελὺν ἡ ναὸν καὶ τοῖν ἡμέραις οἰκοδομῶν, σῶσον σωματην, εἰ γῆς εἰ Γέρες, καταβῆθι δότο δὲ σωματην. 40. Et dicentes, Tu ille qui destruebas templum, & intriduo adificabas, serva te ipsum. Si Filius Dei es, descend de cruce.
 41. Όμοιος γένεται αρχιερεῖς ἐμπειρούντες μηδὲ γραμματεον καὶ πετεστερών ἐλεγον. 41. Similiter & Principes Sacerdotum illudentes cum Scribis & Senioribus dicebant.
 42. Ἀλλὰς ἐσωσεν, ἐσωτεροῦ διώσατε σῶματην. εἰ βασιλεὺς τιχυλὴς, καταβάτω νῦν δότο δέσμωντες πιεύσατε αὐτόν. 42. Alios servarvit, seipsum servare non potest. Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce & credamus ei.
 43. Πέποιτεν Πέτρον θεον, ρύσασθω νῦν ἀντὸν εἰ Γέλαςίον, εἰ περιθώ, ὅτι θεὸς εἰμι οὐδὲ. 43. Confidit in Deo, liberet nunc eum, si vult eum. Dicit enim, Dei sum filius.
 44. Τὸ διυτίον δὲ οἱ λῃσταὶ οἱ συσωρέντες ἀντῷ ὠνείδιζον αὐτῷ. 44. Idipsum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo exprobabant eum.

MARC.

29. Καὶ οἱ Ἰudeοφρόδιμοι εὐλασφήμοι ἀντὸν κινέντες πάς κεφαλὰς ἀπέντες λέγοντες, εἴ καὶ καβελὺν τὴν ναὸν καὶ τοῖν ἡμέραις οἰκοδομῶν. 29. Et qui præteribant, conviciabantur illi moventes capita sua ac dicentes. Vah qui demoliris templum & intriduo diebus extruis.
 30. Σῶσον σωματην δότο δέσμων. 30. Serva te ipsum & descend de cruce.
 31. Όμοιος γένεται αρχιερεῖς ἐμπαιριστεῖς πάς αλλῆλας καὶ τιχυματεον ελεγον, αλλὰς ἐσωσεν, εσωτεροῦ διώσατε σῶματην. 31. Similiter & summi Sacerdotes illudentes inter se cum Scribis dicebant, Alios servaravit, seipsum servare non potest.
 32. Οἱ χειροτόνοι βασιλεὺς τιχυλὴ καταβάτω νῦν δότο δέσμων, οὐδὲ ιδωμένης πιεύσατε αὐτόν. Καὶ οἱ συνεργαζόντες ἀντῷ ὠνείδιζον αὐτὸν. 32. Christus ille Rex Israel descendat nunc de cruce, ut videamus & credamus. Et qui crucifixi fuerant cum illo probra jaciebant in eum.

LUC.



35. Εἰς μυκήτην ἦρχε ὁ ἀρχοντες ποὺς ἀντοῖς (λαβὸς) λέγοντες, αὐλαὶς ερωτεστῶ εἴσατεν, εἰς τὸν διπλόν
Χριστὸν ἐθέλετες.

36. Ἐπειδὴν ἡμὲν καὶ οἱ σερπιτῶν τοφεροχόλμοι καὶ
οἱ τοφεροφέροντες αὐτῷ.

37. Καὶ λέγοντες, εἰ σὺ ὁ Βασιλεὺς τῆς Ἰudeῶν, σῶσον σεαυτὸν.

38. Εἰς τὸν πρεμασθένταν κακάργων ἐθλασφόρῳ ἀντὸν
λεγων, εἰ σὺ ὁ Χριστός σῶσον σταύρῳ καὶ ημᾶς.

40. Αποκλείεται ὁ ἐπερθός ἐπεπίρρα αἵπολέγων, καὶ φο-

βῆστον τοῦ θεοῦ οὐτοὶ εἰ τῷ αὐτῷ περίματε;

41. Καὶ ημές τοὺς δικαιούμενούς, (αξιὰ δὲ ὡν ἐπεξέδαιμον ἀπο-

λαμβανούμενούς) εἰτέρον ἐθέλετεν αἴσιον ἐπιστάξετε.

42. Καὶ εἶλετε τῷ Ἰησῷ, μηδὲπι με, Κύριε, οὐαὶ ἐλάθησον τῇ βασιλείᾳ σε.

43. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησος. Αὔλεω λέγωσι, σημερον μετ'

ἔμοι ἔστη τοῦ οὐρανοῦ στάσεισι.

35. Et deridebant cum Principes cum eis (populo) dicen-
tes, Alios servavit, servet seipsum, si hic est ille Christus, illus Dei electus.

36. Illudebant autem ei milites accedentes et acutum oferentes ei.

37. Dicentesque, Si tu es ille Rex Iudeorum, salva te ipsum.

39. Unus autem, qui erat suspensus facinorosorum, convicia dicebat in eum dicens. Si tu es Christus, serva te ipsum et nos.

40. Respondens autem alter increpabat eum dicens. Neg-
times tu Deum, quod in eadem damnatione es?

41. Et nos quidem iusti. Nam digna factis recipimus, hic verò nihil mali gesist.

42. Et dicebat ad Iesum, Domine, memento mei cum venieris in regnum tuum.

43. Et dixit illi Iesus, Amen dico tibi, hodie tecum eris in Paradiſo.

DE COAGMENTATIONE CIRCUMSTANTIARUM Hujus HISTORIÆ.

Quod de militibus acetum Christo offerentibus ipsique hoc paſto illudentibus Lucas annat, id Augustinus & alii statuunt, idem esse cum eo, quod Matthæus & Marcus dicunt, spongiam aceto repletam Christo de siti conquerenti fuisse oblatam. Pro qua sententia facit hoc, quod Lucas alterius cujusdam potus Christo postea oblati non meminit. Sed si circumstantiae textus diligenter considerentur, apparebit hanc aceti oblationem à Luca descriptam esse distinctam ab ea, quam Matthæus & Marcus commemorant, illa enim oblatra fuit Christo antequam de siti con-

quereretur, hæc verò post auditum de siti querimoniā; in illius exhibitione dixerunt. Si tu es ille Rex Iudeorum, salva te ipsum, in hujus verò oblatione addiderunt. Sine videamus, an veniat Elias liberatus eum, ex quo intelligitur, quod Christus prius dixerat: Eli, Eli, Deus mihi, ut quid me dereliquisti, occasione enim illorum verborum Christo conviciantur, quod relicto creatore ad creaturas, videlicet ad sanctos sese convertat. Sed hæc omnia præcessit illa aceti exhibitio, quam Lucas commemorat & reliquis illusionum generibus conjungit.

Harmonia hujus Historiæ.

Καὶ οἱ (τοῦ) προτεροδιάδωμοι εἰς ἐλασφήμους αὐτὸν (την)
καὶ γίνεται τὰς κεφαλὰς αὐτῶν καὶ λέσθιες, καὶ οἱ καλύπ-

τοντοὺς ταῦν καὶ τοὺς ημέρας οἰκοδομῶν σῶν σανθεῖν

καὶ ἐθέλει καταδηθεῖν (καταδηθεῖ) ἀπὸ τοῦ σανθεῖ.

ἐξεμυκτήσθησαν καὶ αρχοντες ποὺς αὐτοῖς. οὐδιας (τοῦ) καὶ οἱ δέκιοι

εἰς ποταμούς αὐτῶν καὶ λέσθιον εἰσῆλκτοις, πέποιτε Πέτρον τὸν θε-

ον ψηφιδωτὸν αὐτὸν αὐτὸν εἰς θέλαντον, απειδὲ, οὐτοῦ θεοῦ ιησοῦ εἰνι.

καὶ ποταμούς αὐτὸν καὶ οἱ σερπιτῶν τοφεροχόλμοι καὶ οἱ τοφερο-

φέροντες αὐτῶν λέγοντες, εἰ τοῦ Βασιλεὺς τῆς Ἰudeῶν

αὐτὸν σανθεῖν. Τοῦτο διέλεγον εἰς τὸν θεοῦ οὐτοὶ εἰ τῷ αὐτῷ κειματι

εἰς ημᾶς καὶ δικαιούς, (αξιὰ δὲ ὡν ἐπεξέδαιμον ἀπο-

λαμβανούμενούς) εἰτέρον ἐθέλετεν αἴσιον ἐπιστάξετε. καὶ εἶλετε τῷ

Ιησῷ μηδὲπι με, Κύριε, οὐαὶ ἐλάθησον τῇ βασιλείᾳ σε.

Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ιησος. Αὔλεω λέγωσι, σημερον μετ'

ἔμοι ἔστη τὸ οὐρανοῦ στάσεισι.

Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quarta.

Præterentes autem convicia faciebant in eum mo-
ventes capita sua et dicentes. Vabtū ille qui destruebas
templum et intriduo adificabas. Serva te ipsum, Se-
Filius Dei es et descende de cruce. Et deridebant eum
Principes cum eis. Similiter (enim) et sumni Sacerdo-
tes illudentes inter se cum Scribis et Senioribus dicebant.
Alios servavit, seipsum servare non potest. Si est Christus
ille Rex Israhel, descendat nunc de cruce, ut videamus et
credamus ei. Server te ipsum, si hic est ille Christus ille
Dei filius. Confidit in Deo, überet eum nunc, si vult
eum. Dixit enim, Dei sum filius. Illudebant autem et
milites accedentes et acutum offerentes ei et dicentes,
Si tu es ille Rex Iudeorum, salva te ipsum. Idipsum au-
tem et latrones, qui crucifixi erint cum eo, exprobra-
bant ei. Unus (autem) qui erat suspensus facinoroso-
rum, convicia faciebat in eum, dicens. Si tu es Christus,
serva te ipsum et nos. Respondens autem alter increpa-
bat eum dicens. Neg-
times tu Deum, quod in eadem
damnatione es? Et nos quidem iusti. Nam digna
factis recipimus, hic verò nihil mali gesist. Et dicebat ad
Iesum, Domine, memento mei cum venieris in regnum tu-
um. Et dixit illi Iesus, Amen dico tibi, hodie tecum eris in Paradiſo.



Exegeſis hujus Historie.

Inter reliqua passionis Dominicæ membra in V. T. prædicta non est postremum, quod blasphemias impiorum in cruce jamdum pendens auditurus prædictur. Psal. 22. v. 7. *Ego vermis & non homo, opprobrium hominum & abjectio plebis.* v. 8. omnes videntes me, subsannant me, aperiunt labia & moverunt caput. v. 9. Devolat in Dominum, cripiat eum, saluum faciat eum, si beneplacitum habet in eo; ubi & gestus & verba formalia blasphemantium exprimuntur. Psal. 31. v. 12. *Cunctis hostibus meis fui opprobrium & vicinis meis validus & pavor notis meis.* v. 19. Obmutescant labia mendacia, qua loquuntur adversus justum dura in superbia & contemptu. Psalm. 35. vers. 21. *Dilataverum super me os suum & dixerunt: Euge, euge, viderunt oculi nostri.* Ps. 109. v. 2. Os peccatoris & os dolosum super me apertum est. vers. 3. Locuti sunt adversum me lingua dolosa & sermonibus odii circumdecederunt me & oppugnauerunt me gratios. vers. 5. & ego factus sum opprobrium illius, viderunt me, & moverunt capita sua. Hæc vaticinia omnia de Christo intelligenda esse manifestè probat allegatio horum Psalmorum in N. T. eorumque ad Christum accommodatio. Conferantur Psal. 22. vers. 2. cum Matth. 27. v. 46. Psalm. ejusd. v. 19. cum Joh. 19. 23. Psal. ejusd. v. 23. cum Joh. 20. v. 17. Hebr. 2. v. 12. Ps. 31. v. 6. cum Luc. 23. v. 46. Psalm. 35. v. 19. cum Joh. 15. v. 25. Psalm. 109. vers. 8. cum Joh. 17. v. 12. Act. 1. 20 & liquidò apparebit Psalmos illos omnes & singulos continere vaticinia de Christo. Esa. 52. vers. 14. *Inglorius erit inter viros affectus ejus & forma eius inter filios hominum.* Esa. 53. v. 2. *Non est species ei nec decor, vidimus eum & non erat affectus, ita ut ipso delectari potuerimus.* v. 3. *despectum & novissimum viorum, virum dolorum & scientem infirmitatem, ita ut quadammodo facies cor ameo absconderemus.* Quidam ex veteribus referunt hunc locum ex Sap. 2. vers. 12. *Circumveniamus justum, quia inutilis est nobis & contrarius est operibus nostris & impropenit nobis peccata.* v. 13. promittit se scientiam Dei habere & Filium Dei se nominat. vers. 18. *Si est verus Dei Filius suscipiet illum & liberabit illum de manibus contrariorum.* v. 20. more turpissima condemnemus eum. Item quod Psal. 3. vers. 2. dicitur: *Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me, multi insurgunt adversum me.* vers. 3. *multi dicunt anima mea, non est salus ipsi in Deo ejus.* Galat. lib. 8. de arc Cathol. verit. cap. 13. hunc accommodat vaticinium Psalm. 89. v. 52. *Quod exprobaverunt inimici tui Deus, quod exprobaverunt talos Messiae tui,* ubi glossa R. Salomonis, *talos Messie tui,* i.e. novissima Regis Messia. Tunc autem novissima Messiae exprobata fuerunt, cum ipse in sua passione & morte ab omnibus vilipensis fuit. In Misna, quoque, id est, in Talmud scriptum est, quod in talos, id est, contra novissima Messiae impudentia multiplicabitur. Hæc vaticinia quomodo in Christo impleta sint, commemorant Evangelistæ in priori hujus pericopæ parte, in qua enumerant varia ac distincta blasphemiarum à distinctis hominum generibus in Christum conjecta. I. Præterentes convicia jacabant in eum moventes capita sua & dicentes. *Vab tu ille qui destruebas templum & in triduo edificabas! serua te ipsum, si Filius Dei es, & descendere de cruce.* Per ἀπόστολον intelligitur promiscuum vulgus, quod locum supplicii præteribar,

erat enim illic celebris via versus Siloh & Gabaon. Qui ergo per illam viam adventabant Hierosolymæ, vel qui Hierosolymæ proficisciabantur in Siloh & Gabaon, illi virulentas suas linguas contra Christum exerebant. Solent alias spectatores suppliciorum, & qui prætereunt loca suppliciorum, comiseratione quadam duci erga damnatos, quos norunt communem cum ipsis humanam Naturam gestasse, sed h. l. etiam illi, qui obiter saltem prætereunt, Christo blasphemant. Possunt etiam per ἀπόστολον οὐενές haud absurdè intelligi, qui spectandi supplicii caufa, ex urbe egressi fuerant, iamq; perfecta crucifixione domum cogitantes locum supplicii præteribant, sicut Lucas in præcedentibus testatur, populum astigitus θεωρεῖ, h. e. cum voluptate quadam intuitum fuisse, quām crudeliter milites crucifixores in Christum lævierint. Exprimitur igitur crudelitas plebis Judaicæ. Impetraverunt infanis suis clamoribus a Præside Romano, ut crucifigeretur Jesus, nondum tamen quiescere possunt peracto crucifixionis supplicio, sed crucifixo & in summis cruciatibus pendentii crudeliter adhuc insulant. Manibus cum contingere ipsum nequeant, linguis venenatis denunciant eum crucifigunt, cum corpus amplius cruciare non possent, convitum animum ipsius incessunt, verè igitur de illis conqueritur Christus Psal. 69. v. 27. *Quem tu percutisti, persecutunt, & super dolorem vulnerum morum adderunt, quamvis Hebræa ibidem paulò aliter habeant.* Hier. in c. 27. Matth. allegoriam querit in voce Præterentes. Blasphemabant (inquit) quia prætergrediebantur viam & in vero itinere Scripturarum ambulare solebant. Movebant capita sua, quiajam ante moverant pedes & non stabant super petram. Hæc convicia promiscuae plebis Evangelistæ vocant blasphemias ἐπανθίσαντας (inquit) βλασφημεῖν apud profanos Scriptores est probra & convicia in aliquem jaçare, famam & existimationem alicuius laedere illum calumniando & obrectando, ut sic Ελάσθριον sit q. ὁ Ελάσθρος Φύλων, scilicet Φρήγες Βαλδων. In sacris literis præter hanc generalem etiam propriam & peculiarem quandam habet significationem, quando quis impiè loquitur de Deo vel rebus divinis, quando honorem, maiestatem & dignitatem Dei verbis impiis labefactat, vel illis qui divino funguntur officio, maledicit, cuius significationis exempla ubivis sunt obvia, præsertim in N. T. LXX. usurpante pro ἄρχοντi opprobrio affectit, exprobavit, convictus est 2. Reg. 16. v. 6. 22, quā voce etiam Syrus h. l. utitur, eamque Matt. 12. v. 5. 1. transfert ad blasphemiam, quā directè in ipsum Deum fertur. Item pro ἄρχοντi convicio incepit, verbis maledicis in aliquem involvit Es. 52. v. 5. Ultraq; significatio verbi blasphemandi hæc habet locum, magis tamen congruit posterior, quod scilicet seelerati hi nebulones in divinam maiestatem & dignitatem Christi fuerint injuri, exprobantes ipsi, quod in verbis inventus fuerit mendax, quia templum adhuc perficit immobile; quod non possit seipsum salvare sine ē periculis liberare; quod non sit Dei Filius, cum in cruce mori ac perire cogatur. Concilium Pontificium decreverat JESUM esse blasphemum, ideoque

ideoque poenis in blasphemos constitutis subjiciendis Matt. 26. v. 65. hoc decretum repetierant Judæi clamantes coram Pilato, nos habemus legem, & secundum hanc legem debet mori, quia Filium Dei fecit Joh. 19. v. 7. sed Evangelistæ contrarium. I. testantur, non Jesum esse blasphemum profitendo se esse Dei Filium, sed ipsos potius Judæos esse blasphemos hunc honorem Christo degnantes. Exprimunt etiam Evangelistæ gestus blasphemantium, quod scil. moverint caput sua. Gestus moventium capita varias habet significations, quæ ex varietate motionis & verbis huic gestui additis intelligi possunt. Movent caput, qui admirantur & commiserant aliorum calamitatem Job. 16. v. 5. Concinnarem & ego sermo-nes & moverem caput meum super vos. Job. 22. v. 11. Venerunt ad Jobum omnes fratres ejus & cuncti, qui noverant eum prius & moverunt super eum caput & consolati sunt eum super omni malo. Sed hæc significatio non est hujus loci, neque enim hi convictores ullâ commiseratione ducuntur erga Christum, sed potius crudeliter eidem insultant. Movent deinde caput, qui indignantur & aversi animis rem aliquam intuentur. I. Reg. 19. v. 21. Es. 37. v. 22. Defixis & subannavit te virgo filia Sion, post re-caput movit filia Jerusalēm. Jer. 18. v. 16. Fiet terra eorum in desolationem, omnis qui proteruerit per eam obstruet & movebit caput suum, detestatus scil. impietatem hominum, propter quam desolatio illa terræ justo Dei iudicio contigit. Hæc significatio congruit huic loco, videntur enim Judæi hoc gestu detestari voluerere indignitatem, quod hic homo vilissimus auctor fuerit contra templum sanctum tam dira proferre cum sibi ipsi auxilio jam esse nequeat. Sed optima hujus gestus interpretatione colligitur ex vaticiniis de eo jam olim editis. Ps. 22. v. 8. Omnes videntes me, subsannant me, aperiunt labia & moverunt caput. Ps. 35. v. 21. Dilataverunt super me os suum & diverunt, Euge, euge, viderunt oculi nostri. Ps. 109. v. 25. viderunt me & moverunt capita sua. Motio igitur capitum fuit signum non solum illusionis & contemptus, sed etiam exultationis de Christi malis, gratulati libi invicem sunt de felici consiliorum suorum contra Christum successu, de frustrata prædictione, eversione templi &c. quæ significatio motio capitum usurpatur Thren. 2. v. 15. Plaustrum super te manibus omnes transentes per viam, sibilaverunt & moverunt capita sua super filiam Jerusalēm, hecine, eis urs, de qua dicunt, quod si perfecti decoris, gaudium universæ terre? v. 16. dixerunt, Devoravimus, enī est dies, quam expectabamus, invenimus, vidimus, Eccl. 12. v. 18. In oculis suis lachrymatur inimicue v. 19. caput suum movebit & plaudet manu & multa susurrans commutabit vulnus suum Eccl. 13. v. 8. in novissimo deridebit te & postea videns derelinquet te & postea caput suum movebit ad te. Sic ergo Judæi mortione capitum irrident Christum, indignantur ei, quod auctor fuerit templi excidium prædicere & exultant destatu, in quem Christi res fuerant redactæ. Quia in his irrisiōibus ac blasphemis Judæi capita sua moverunt, inde justo Dei iudicio factum, ut caput Israelitarum, quod erat Judæa, & caput Judæa, quod erat Jerusalēm, & caput Hierosolymæ, quod erat templum & caput templi, quod erant Sacerdotes & caput Sacerdotum, quod erat cultus Leviticus, contremuerint atque interierint.

Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quarta.

Quod Hebrei in Chrysostomum caput moverint, inquit Origenes, quid aliud significat, quam quod civitatem, regnum, legem & Sacerdotium, quæ capita illorum erant, perdidérunt? Hunc enim animum suum protervum declarant verbis huic gestui additis. Vah, qui destruebas templum, & in triduo illud edificabas? Interjeccio s' a respondet Hebreo παντες Ps. 35 v. 24. Ez. 24. quæst. 3. ubi LXX. reddiderunt εὐτέλε. ac significacionem habet insultantis, exprobrantis & laetantis de alieno infortunio. Latinum Vah, procul dubio formatum est ex Hebreo Heath. Euthymius dicit, quod h. l. sit subsannantis & irridentis; sed nihilominus potest esse detestantis, exprobrantis & exultantis. Lutherus veritatem dicit / detestantur enim vanitatem Christi, quod auctor fuerit tam dira de templo vaticinari, exprobranti illi falsitatem suarum prædictionum, insultant ei propter extre-mam aduersitas implendi suas comminationes, cum ne seipsum quidem à morte salvare posset. οὐκατελεῖσθαι absolute ponitur sine certa persona, quasi dicant. En quā egregius hic sit destructor & reparator templi Hierosolymitani. Latinus Interpretus veritatem in secunda persona. Vah, qui destruit templum, sed potest etiam in tercia persona veritatem. O insignem impostorem, qui dicebat se velle ac posse templum destruere, & in tribus diebus illud reparare. Sed quia more Hebreæ lingua participia ponuntur loco nominum, ideo simplicissime accipitur hoc modo. En destructor templi, ejusdemque in triduo reparator. De occasione hujus calumnie diximus superius. Christus Joh. 2. v. 19. prædixerat, Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud, id accipiebant ac si de templo Hierosolymitanum dictum esset, cum tamen de templo corporis sui Christus fuerit locutus, inde falsi testes in Concilio Pontificum producti hoc velut palmarium ipsi objecerant, quod templo destructionem & excidium fuerit comminatus. Quamvis vero ipsi Pontifices vanitatem hujus mendacii intelligerent, ut expresse monent Evangelistæ Matt. 26. v. 60. Marc. 14. v. 59. tamen evulgaverunt illud in plebe, ut in odium & contemptum auctor omnes Christum conicerent, quia enim omnis ipsorum jactantia erat de templo Jer. 7. v. 4. ideo nihil quicquam odiosius Christo poterat objici, quam quod templum illud scil. destrukturum prædictisset, inde est quod confita illa mendacia magni criminis & probri loco Christo a promiscua plebe obiciuntur. Potuisse sane Christus uno dundaxat verbo, imo nū templum Hierosolymitanum destruere & in tribus diebus imo in momento iterum extruere, cum totum cœlum terræ, opificium extruxerit, sed nospiam se id facturum dixerat, verum de templo corporis sui locutus fuerat, quod eo ipso tempore destrui incipiebat ac intra triduum iterum erat reparandum. Sic ergo quod mendacii loco Christo obiciuntur, veritatem prædictorum re ipsa comprobat. Verba illa, salva te ipsum, quidam cum superioribus conjungunt, ideoque in secunda persona participia οὐκατελεῖσθαι & οὐδεποτε vertunt, hoc modo: Qui destruit templum & in triduo illud reædificas, salva te ipsum; sed rectius absolute accipiuntur. Salva te ipsum, h. e. nunc experire vires tuas, ut a morte te liberes. Longè minoris opera & potentia est crucem destruere, quam templum everttere, vastum illud.



& præclarum ædificium. Longè utilius ac magis necessarium est è cruce descendere , quām templum demoliri , proba igitur potentiam tuam, ostende quantum possis, vel si non potes teipsum à morte salvare, agnosce , quām vanè, falso, atque improbè templi destructionem prædixeris. Si Filius Dei es, descendere de cruce , quasi dicant , Publicè professus es te esse Dei Filium , id hac vice probes miraculo & quidem hac ratione, ut clavis è manibus ac pedibus sponte excusis sanus & integro corpore è cruce descendas. Quia vero clavis tamen fortiter infixis cruci affixus es, ut descendere non possis, ideo ex eo manifestum est , quod non sis Dei Filius, sed mendax, impostor & blasphemus. Quod autem id non possit , colligunt ex eo, quia non faciat, quasi vero Deus non possit plura , quām facit, atque iisdem limitibus potentia & actiones ejus terminentur? Sic ergo tria grandia peccata in his prætereuuntum dicteriori concurrunt , videlicet mendacii in pervertendis Domini verbis protervia, inanis in templo confidentia & horrenda in divinam Christi potentiam blasphemia. Non considerant veram verborum Christi de templi destructione sententiam, non respiciunt vaticinia Prophetica de Messia crucifixione ac morte, non recordantur miraculorum à CHRISTO editorum præser-tim in resuscitatione mortuorum. Longè maius miraculum est eum , qui per quatriduum in sepulchro jacuit resuscitare , quām viventem adhuc è cruce descendere , quod si ergo CHRISTUS potuit maius , potuisse etiam minus , potuisse in-quam, si id facere voluisse. Non expectant complementum prædictionis de resurrectione , sed ex præsentis rerum statu, atque intuitu, adeoque ex rationis & sensuum iudicio omnia afflant, jactan-tiam humiliati, mendacium veritati, imbecillitatem omnipotentiae maximo crimen objicientes.

II. Nec vero solum promiscuum vulgus & homines è trivio, sed ipsi etiam Sacerdotes ac Proceres hæc convicia Christo ingesserunt. *Et deridebant eum (inquit Lucas) Principes cum eis.* μυτη-
ελέγοντες οὐκαντεῖσιν εἰναι ναὸν συντελεῖν, *μυτη-*
ελέγοντες οὐκαντεῖσιν εἰναι ναὸν συντελεῖν, subsannare,
irridere αὐτοὺς νασός. Propositio ex vim aliquam addit significationi. Utitur hoc verbo idem Evangelista cap. 16. vers. 14. de Phariseis Christum contra avaritiam concionantem irridentibus. Galat. 6. vers. 7. extat verbum simplex, Deus non irridetur. LXX. utuntur pro יְהוָה & אֱלֹהִים quod exprimit gestum subsannantium. 2. Paral. 36. v. 16. Job. 22. vers. 19. Psal. 79. vers. 7. &c. alibi illud vertunt per καταγέλλω, derideo Job. 9. vers. 23. cap. 21. vers. 3. &c. Item pro οὐδὲ ignominia affecti, ex alto despexit. Syrus habet verbum θύων de rist, illust. Per τοὺς ἀρχούτας intelliguntur non solum Proceres Ecclesiastici, Pontifices, Sacerdotes Scribae & Pharisei, sed etiam Proceres politici, Seniores scil. populi. Augustin. lib. 3. de conf. Evangel. cap. 15. *Lucas quia Principes dixit, nec addidit Sacerdotum, magis nomine generali omnes Primate complexus est, ut ibi possint intelligi & Scribe & Seniores, ita enim reliqui Evangelista vocabulum Principum interpretantur, quando addunt: Similiter & summi Sacerdotes illudentes inter se cum Scribis & Senioribus dicebant: Alios servavit, seipsum servare non potest. Vocabulum οὐδείς ostendit dicta Sacerdotum & Seniorum itidem pro blas-*

phemiis habenda, licet aliis ac paulò mutatis verbis fuerint prolati. Summorum Sacerdotum erat Messiam glorificare & populum ad ipsius cognitionem ducere, sed hic una cum populo convitus eum infectantur. Sacerdotum erat in templo docere, orare, sacrificare &c. sed hic oblii sui munieris & dignitatis excurrunt ad locum supplicii, ut crudeli spectaculo animos atque oculos suos pascant. Sacerdotum erat ad commiserationem erga damnatos præsertim vero erga innocentem Christum animos populi flectere, sed hic oblii regula Ecclesie, 7. vers. 12. non irrideas hominem in amaritudine anime, cruciatus affliti & innocentis Christi convitiis suis lupra modum augent. Omnes Procerum Ordines, Pontifices, Sacerdotes, Scribae, Pharisei ac Seniores certatim convicia jacint in Christum, ut in extremum despectum & ignominiam ipsum perducant. Quod enim major fuit Procerum illorum in populo autoritas, eo abjectior & contemptior judicatus fuit Christus convitiis illorum laceratus atque obrutus: quod major fuit opinio sanctitatis in Phariseis, eo atrocior fuit judicata Christi impietas ab illis derisa & explosa. Ac dubio procul ut hi Proceres instigaverint populum ad flagitandam Christi crucifixionem, ita voce & exemplo suo in arte conviciandi eidem præverunt. Alios, inquiunt, servavit, seipsum servare non potest. Dicabant haec οὐδὲ αἴτιοι ήτε, ita tamen ut Christus ea audiaret. Gloriatu est, quod alios a morbis & morte liberavit, sed hoc tempore seipsum a morte liberare nequit, ita enim verbum οὐδὲ hoc loco usurpatum. Syrus verit: *Alios vivificare, seipsum non potest vivificare*, h.e. mortem a se prohibere. Potest etiam in forma interrogationis legi. Alios servavit, qui ergo fit, quod seipsum servare non possit? Non agnoscent, quod ex divina virtute alios ex morbis & morte liberaverit, sed ex eo, quod seipsum hoc tempore liberare nequeat, colligere volunt, omnia ipsius miracula fuisse nudas præstigias, detrahere conantur prioribus signis, inquit Chrysostomus. Hoc enim dicere volunt, quia seipsum non potest servare, id est nec alios servavit, sed fallacibus præstigiis eisdem illusit. Extremum & implacabile odium est, quod Christum non dignantur inuenire alloqui, sed inter se conviciorum accumulatione certant & obliquè Christum infectantur; extrema impietas est, divina miracula vocare præstigias, imo ipsi Satanæ ea ascribere. Ut enim March. 12. v. 23. dicunt, quod in Beelzebub Princeps Demorum Demones ejiciat, ita h. l. ipsi objiciunt, quod omnia miracula & beneficia in mutos, cœcos, surdos, claudos, leprosos, mortuos &c. collata. Dæmonis ope perfecerit, à quo in cruce constitutus jam deseratur, sicut alias solet Diabolus maleficos in carcerem conclusos & morti damnatos destituere. Syrus verit, quod *ludentes ac ridentes* invicem talia dixerint, procul dubio igitur legitur *Corvæ*, sed Graci Codices constanter leguntur *corvæ illudentes*. Recte autem his convitios Procerum respondebat Athanasius, *Dominus vero Salvator non salvando seipsum, sed creaturam liberando voluit cognosci Salvator, sicut Medicus non ex eo, quidam sibi ipsi medetur, Medicus cognoscitur, nisi erga languidos aitem suam probet*. Ut multos salvaret a morte aterna & veram salutem spiritualem illis conferret, ideo ad tempus seipsum salvare noluit, hoc est peper-

pependit in cruce velut à Deo, & hominibus dederunt, sed tandem absoluto redēptionis opere se ipsum etiam salvum fecit, unde Zach. 9. v. 9. vocatur *saluator ipse*, & Es. 9. v. 16. de ipso dicitur, quod *salvatus sit brachio suo*. Ut tertia die potuit à morte resurgere & hac ratione fessè à morte salvare, ita quoq; multò magis potuisse à cruce se salvare & mortem à se depellere, nisi nostra redēptionis ac salvatiōnis ratio exegisset, ut in cruce mortem pro nobis sustineret. Si *eß Christus ille Rex Israhel*, descendat nunc de cruce, ut videamus & credamus ei. Glorius est le esse Regem Israhel & promissum Messiam, id re ipsā modo probet, descendat de cruce, id si coram oculis nostris faciat, habebimus verbis ejus fidem. *Descedat ut videamus*, inquit, quasi dicant multū hactenus gloriatus est de miraculis, sed nullum eorum vidimus. Hoc ipso momento descendat, non expectet aliquot horas. Atqui noverant vel certè noslē debabant, Messiam tertio demum die è mortuis surrecturum, noverant Christum prædixisse, quod tertio die è sepulchro surrecturus sit Matth. 27. v. 63. cur ergo non expectant diem tertium? cur eo ipso momento è cruce illum descendere jubent? certè majus miraculum est mortuus è sepulchro resurgere, quam viventem è cruce clavis sponte prolabantibus descendere, nec tamen illi fidem postea habuerunt, cùm è mortuis resurget, mentiuntur igitur, se illi credituros, si è cruce ipsum descendantem videant. Ex quo intelligitur, quod nequaquam propositum habuerint credendi illi, ac pro Messia ipsum recipiendi, si vel maximè coram oculis ipsorum è cruce descendisse ac quod haudquaquam serio desiderant ipsum de cruce descendere, reverā enim quā ipsorum erat crudelitas & obstinatio, denuò ipsum crucifigi curassent prætententes militum collusione vel clavorum infirmitate vel ex alia quavis causa potius quam ex Christi virtute liberationem illam provenire, sed hoc voluerunt sibi his conviciis, quod nec possit nec debeat pro Messia agnoscī, cùm clavos refigere & è cruce descendere nequeat. Non potuerant à Pilato impetrare, ut mutaret titulum, in quo prædicabatur Rex Iudeorum, convitiis igitur ac contumeliis obtinere nituntur, ne pro Rege agnoscat. Hæc omnia procedebant ex ignorantia Scripturarum & cœco humana rationis judicio. Quæ de gloria & regno Messiae à Prophetis erant prædictæ, carnaliter intelligebant de regno quodam mundano; quæ de ignominia, passione & morte Messie erant propheta, clavis oculis præteribant, inde colligebant, crucem cum honore Messiae planè non convenire, ac proinde JESUM Nazarenū, si esset verus Messias, nunquam in crucem fuisse actum vel certè è vestigio de cruce descendisse, cùm tamen juxta Prophetarum vaticinia in cruce ipsi prius moriendum atque è sepulchro post triduum demum resurgentem fuerit, ut hac ratione per passionem in gloriam suam intaret. Luc. 24. v. 26. Leo in serm. quod de pass. Judæis eleganter insultat hoc modo: *De quo erroris fonte talium blasphemiarum venena potassis?* *Quis vobis Magister tradidit, quæ doctrina persuasis,* quod illam Regem Israhel, illum Dei Filium credere debetis, qui se aut crucifigi non sineret, aut à crucifixione clavorum liberum corpus excuteret? Non hoc vobis Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quarta.

legis testimonia, non Prophétarum ori cecinerunt. Nunguid legiſtis, Dominus descendit de cruce; sed legiſtis, Dominus regnavit à ligno. Natura igitur in crudelitatis in hoc Procerum dictione egregiè nobis depingitur, mater ejus est ignorantia Scripturarum, proprietas præscribere certum tempus, sequi iudicium oculorum ac lensium, corporalia beneficia, potissimum quærere & expectare &c. *Servet ſeipsum, ſi hic eſt ille Christus ille Dei electus.* Hæc eſt periphrasis Messiae, ὁ Χριſτος ὁ θεος εκλεκτος, defumta ex Esa. 42. v. 1. *Ecce ſervus meus, ſuſcipiam eum: elec-tus meus, complacuit ſibi in eo anima mea.* Verbis igitur paululum mutatis idem ſibi volunt, quod ſic. Christus non ſit ille electus Dei, h.e. promissus MESSIAS, quia ſeipſum ſervare & à morte liberare nequeat. Dicitur autem Christus electus Dei, non eo ſenſu, quo homines in ipsum perseveranter credentes dicitur electi, led quia aeterno Dei decreto conſtitutus eſt humani generis Redemptor, Mediator ac Salvator, per quem bona in Adamo amissa humano generi repararentur, & quia eſt νεκαρχονθει @ 200 τι αιωνιον Hebr. 7. v. 6. Deniq; quia ſpeciali favore ac dilectione Deus ipsum complectitur, unde vocatur unus homo in gratia Rom. 5. v. 15. & credentes in hoc dilecto redduntur Deo gratia, accepti, dilecti & electi Matt. 3. v. 17. c. 12. v. 18 Eph. 1. v. 6. Sed hoc mysterium non intellexerunt Sacerdotes Judaici, qui exiſtimarunt, MESSIAM ideo vocari electum Dei, quia ad dignitatem Regis alicuius ac Monarchæ terreni ſit eligendus ac provehendens. *Confida in Deo, liberet eum, ſi vult eum, dixit enim Dei ſum filius.* Item de confiſſus eſt, fiduciā habuit, vel ſi ex ſenſu conviatarum verba aſtimet, jactavit ſe confidere in Deum, liberet eum nunc in extremitate periculis conſtitutum, ſi vult eum, hoc eſt, ſi delectatur eo, ita enim vocabulum θλει usurpatur Matt. 9. v. 13. c. 17. v. 7. Syrus habet verbum θλει beneplacitum habet. Dixit enim non ſolum in concionibus coram populo, ſed etiam coram publico iudicio ſe eſſe Filium Dei. Ita volunt colligere. Si verè professus eſſet ſe Dei Filium, liberaret ipsum Pater coelestis ex hoc malo. Nam Deus in ſperantes liberat & Patri cura eſt filius. Sed non liberat eum Deus, Ergo non eſt iphiſus filius. Ergo vana eſt jactatio, quod ſit Dei Filius. Ergo vana eſt confidentia, non autem filialis fiducia, quam ſe in Deum habere professus eſt. Hi verè fuerunt Diabolici ſarcasmi, quos nominatim prædixerat David Psal. 22. v. 9. quibus non ſolum ſupplicium, ſed etiam fiducia in Deum criminis loco Christo fuit objecta.

III. Exemplum Procerum Iudaicorum sequuntur milites gentiles, qui itidem illudum Christo accedentes & acetum ei offerentes Aug. l. 3. de conf. Evang. c. 17. exiftimat, his verbis Lucae idem describi, quod Matthæus & Marcus dicunt, cùm Christus de ſtri conqueſtus eſſet, unum ex militibus ſpongiam acetum repletam ipſi obtuliffe, Lucam igitur pluralem numerum ponere pro ſingulati ac toti ſodalitio aſcribere, quod unus e ſodalitio fecerat. Sed probabilius eſt, hanc aceti oblationem, quam describit Luc. diverſam eſte ab ea, quam describunt Matthæus & Marcus. Noverant naturale eſſe in crucifixis, ut ſit torqueantur, potum igitur Christo offerunt, non autem aquam ſitum reſtinguentem ſed acetum ſitum magis accendens, quæ certè erat crudelis illufio,

quam etiam verbis exprimunt, dicentes: *Sicut ille Rex Iudeorum, salva seipsum.* Judaici Proceres exprobaverant Christo, quod se dixisset Dei Filium & Messiam, sed militibus Ethnicis de hoc mysterio nihil quicquam constabat, ideo exprobabant ei, quod se ficeret Regem, qui Judæos è potestate Romanorum liberare vélit, cùm ne quidem seipsum è cruce liberare possit. Sanè in Ethnicis militibus non est mirum, quod ex præsenti rerum statu omnia existimant, & quia in malis ac periculis Christus constitutus est, ideo à Deo ipsum derelictum statuunt, natura enim omnibus hominibus insita est illa opinio, quod qui prosperè utuntur forunā, Deum habeant propitium, qui vero adversa, adversum. Sed Proceres Judaicos eodem modo colligere, id vero mirum & detestandum: noverant enim exempla Prophetarum, quorum quamplurimi morte fuerant ab impiis affecti, cùm tamen Deo placerent.

IV. Tandem etiam convictiorum numero aggregant se latrones simul cum Christo crucifixi, qui idem ipsum exprobabant ei, quod sc. se professus fuerit Regem Judæorum & seipsum salvare non posset. Matthæus & Marcus illam exprobationem latronum conjungunt, cùm convicti Procerum Judaicorum, qua ratione ad proximè præcedens relatum hunc haberet sensum, quod latrones itidem magni probri loco Christo objecerint (hanc enim significationem habet verbum ὅρεοντες) quod sc. Dei Filium ac Messiam fuerit professus, nec tamen à cruce seipsum liberare possit, inde Lucas convitia eorum his verbis exprimit: *Sicut Christus, servat te ipsum & nos, ex quo intelligitur, quod non solum aliorum præfertim Procerum exemplo provocati, sed etiam supplicii gravitate exacerbati convitia sua protulerint.* Euthymius ex eo colligit, quod generre fuerint Judæi, quibus solis doctrina de Messia fuit nota. Sed illud est incertum, potuerunt enim in cruce à Proceribus Judaicis audire, quod se Christum ac Dei Filium professus fuerit. Quod Matthæus & Marcus dicunt in plurali, latrones simul cum Christo crucifixos convitia ei fecisse, Lucas vero de uno solum latrone id commemorat, illud diversimodè ab interpretibus conciliatur. Hilarius, Origenes, Chrysostom. & reliqui Scriptores Graeci statuunt, quod primo quidem uterque latro Christum blasphemaverit, alter vero postmodum conversus Iesum esse Regem coelestem ex prodigiis agnoverit. Chrysostomus uitur hoc argumēto: *ne quis compōsito rem factam fuisse crederet, nec latronem illum fuisse, qui latro fuit, ab ipsa contumelia etiam in cruce latro atque inimicus ante fuisse.* & repente conversus ostenditur. hom. 87. in Matth. circ. med. Augustinus vero lib. 3. de cons. Evang. cap. 16. & aliis statuunt, Matthæum & Marcum vulgariter loquendi consuetudine numero plurali usos esse pro singulari. Hieronymus & Ambrosius utramque conciliandi modum judicant probabilem, ac certè neuter aliquā vel absurditate vel improbabilitate laborat. Præsto enim sunt exempla in scriptis Evangelistarum superius allegata, in quibus plurali pro singulari usurpatō tori societati tribuitur, quod unus ex societate egit vel locutus est, quam numeri enallagē etiam hic locum habere non est improbable. Si vero statuatur, etiam alterum illum latronem, qui postea conversus est,

convicia in Christum projecisse vel socii sui blasphemias, utpote communī nomine dictas prius approbatæ, tandem verò Christi constantiā & deliquio Solis viso permotum, ut in Christum crederet & honorem ejus contra socii blasphemias tueretur, tunc convercio illa statueretur singulare aliquod misericordiæ divinæ exemplum, quale etiam in Saulo nobis proponitur, qui in flagranti criminē hærens coelitus convertitur Act. 9. v. 5. Quia verò immediatè conjuguntur unius latronis blasphemia & alterius increpatio, ideo verisimiliorē judicamus Augustini sententiam, quod unus duntaxat latro convicia Christo fecerit ab altero hoc nomine reprehensus. Augustinus idem colligit ex eo, quod Evangelistæ non tam personam quam conditionem & qualitatē latronum denotare voluerint, ut scil. ostenderent nullum genus hominum à Christo convitiis lacerando sibi temperasse, usq; adeo ut abjectissimus latro contra eum insurgeret. Afferit ibi exemplum simile, si quis dicat, etiam rufiūcīmī insultant, etiam unus tantūm insultet. Ideo verò Evangelistæ hanc latronis illusionem etiam reliquis conjugere voluerunt, ut rei indignitatem exprimerent, quod homo vili & abjectus, in eodem supplicio constitutus & mortem pro sceleribus suis mox obiturus Christo vita autori insultare non fuerit veritus, inde notanter addunt Matthæus & Marcus, quod latrones συνεστηραψανον crucifixi, sive unā cum Christo crucifixi eidem insultarint, q. d. indignissimum fuisse, quod Christus non solum à populo, Proceribus & militibus expertibus illius supplicii, quod Jesus patiebatur, sed etiam à latronibus in eodem supplicio constitutis blasphematus fuerit. Debuissent illi sceleris sua agnoscerē, veniam illorum à Deo petere, pœnarum impenitentibus constitutarum aternitatem expendere, vel certè conscientiā culpæ & gravitatis pœnae pudefieri ac tacere, sed contra potius Christo supplicii socio insultant, quod merā jactantia & inani ostentatione Regiæ dignitatis gravissimam illam pœnam sibi sponte attraxerit, à qua facile liber esse potuſet. Sic ergo omnes omnium hominum ordines Judæi & gentiles, Ecclesiastici ac Politici, Magistratus & subditi, summi & infimi, Pharisei qui habebantur sanctissimi & latrones sceleratissimi certatim convicia Christo faciunt, commemorantur enim 1. prætereunte, h. e. promiscua turba ex viris & fœminis, peregrinis & incolis, Judæis ac gentilibus constans. 2. Principes, h. e. Proceres Ecclesiastici & Politici. Illorum nomine intelliguntur summi Pontifices, Sacerdotes, Scriptorē, Pharisei, hi verò appellantur Seniores sive Senatorē. 3. milites. 4. latrones. Nimirum qui pro omnibus patiebatur ab omni hominum generre pati voluit. Materia convictiorum sunt omnia, quæ Christus egit vel locutus est, adeo ut ea, quæ aeterno præconio erant dignissima, pro materia convictiorum arripiantur, exprobant enim ei etiam beneficia, quod alios salvos fecerit & fiduciam in Deum, quod confusus fuerit in Deo, quasi verò probri loco obijciendum sit, esse in alios beneficium & erga Deum religiosum? Sed expendenda sunt singula convictiorum genera. 1. accusant mendacii. Vah qui destruis templum &c. prædicationem de templi destructione falsitatis convincere volunt, quasi verò de Hierosolymitanis templi destru-

destructione & triduana reparatione Christus fuit locutus, ut pessimi illi verborum Christi calumniatores exultimabant. 2. *objicunt crucem.* Si Filius Dei es, descendere de cruce, q.d. si esset Dei Filius, non penderet in cruce. 3. *carpunt miracula.* Descende de cruce, ut credamus & videamus, q.d. nunc esset tempus exerendi potentiam in miraculo à cruce descensu. 4. *carpunt beneficia in alios collata.* Alios servavit, seipsum servare non potest, calumniose exagitant & meras fuisse praefigias dicunt sanationem ægrotorum, liberationem Dæmoniorum & resuscitationem mortuorum. 5. *dorinam allatrant.* Si est Christus electus ille Dei, descendat de cruce, q.d. si vera fuisset ipsius doctrina, Deus miraculo aliquo eam comprobaret. 6. *objicunt professionem,* quod non sit Christus, non Dei Filius non electus ille Dei, non Rex Israel, sed quod hęc omnia vanè & falso sibi arrogaverit. 7. *Spem fiduciam, quam in Deo habebat collocatam, impugnant.* Confidit in Deo, liberet eum, si vult eum. Si ergo optima quaque pro materia convitii assumunt & nihil quicquam prætermittunt, quod vel specie quadam Christo exprobrari posset, conviciantur ipsi verbis, gestibus & factis quia acetum offerunt, utilud in vinum convertat, sicut olim aquam in vinum converterat Joh 2.v.9. unde hęc convitia vocantur *βαστηράς Φηνίου, μυκητειού, ἐπαργύρου, οὐεδόμου.* Nos verò hęc convitia intueamur eo modo ut perpendamus. 1. hos esse serpentinos illos morsus Genet. 3. v. 15. prædictos. Quemadmodum serpens, sic apud eū conculcati incipiāt, miris modis se, torquet & calcaneo hominis à quo se conteri sentit, venenata infigit spicula: sic infernalis serpens se à Christo in cruce pendente conculcati sentiens impellit & urget hos conviciatores, ut linguarum suarum spicula contra Christum exacuant. Sperat enim ad impatientiam, dissidentiam ac desperationem ipsum perductum iri, ut à cruce descenderet, antequam redemptionis opus perficeretur. Hos conviciatores suisse organa Satanae colligitur ex eo, quod iisdem penè verbis Diabolus in principio ministerii contra Christum fuerat usus: *Si Filius Dei es, dic ut hi lapides siant panes.* Item quod verba Christi calumniose pervertunt, ac quae de templo corporis sui dixerat, de templo Hierosolymitano interpretantur, quod est proprium Diaboli artificium, ex quo etiam nomen est ortitus. Observant hoc Hieronymus & Theophylactus, qui in hunc locum sic commentantur: *Diabolus movebat eos ad dicendum, ut de cruce descenderet, quoniam enim noverat, quod salus siebat per crucem, rursus ingenerat se ad tentandum Jesum;* ut si à cruce descenderet, certus fieret, quod non esset vere Filius Dei & sic salus, qua per crucem est, destruereatur. Sed ipse Dei verus existens Filius non descendit. *Si enim descendere debuisset, non illuc à principio ascendisset.* Sed quoniam videbat, quod per hunc modum salutem fieri oportuit, sustinuit crucifigi & multa alia pati & perficerre opus suum. Bernhard. in die Pasch. serm. I. col. 182. *Salva te ipsum & descendere de cruce; imò verò si descendere, neminem salutem faciet.* Cum enim salvus esse non possit, nisi qui perseveraverit usque in finem, quantò minus poterit esse Salvator? Diabolus per sua organa acclamabat Christo, descendere de cruce, sed Pater cœlestis, omnes sancti Angeli & totus electorum chorus ipsi acclamabant,

Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quarta.

noli descendere, sed perfice opus salutis. Acclamant omnes fideles in terra, noli descendere, ut nos per te possimus in celum ascendere. Si enim Christus tunc descendisset & crucem reliquisset, nec Angelorum ruinæ essent reparata, nec completæ Prophetiae, nec victus Diabolus, nec deletum peccatum, nec orbis redemptus fuisset. 2. Christum propter nos hęc convitia sustinere voluisse. Passus est se convitiis obrui, publica ignominia notari & ab omnibus contemni haberi, ut ab æternis opprobriis nos liberaret. Satan quasi liberrimus solitus pro lubitu contra Christum grassatus est, hac ratione amisit illud, quod propter peccatum in nos habebat, jus ac dominium. Fremunt contra Christum summi & infimi, vident eum in cruce pendenter, judicant ergo eum maledictum à Deo; vident ipsum destituti humano auxilio, judicant ergo eum à Dei facie projectum esse. Hęc omnia Christus propter nos sustinere voluit, ut æternam benedictionem ac perpetuam Dei gratiam nobis impetraret. Qui propter facinora sua justè supplicio afficiuntur, erga illos Naturā duce quadam commiseratione ducimur, sed Christus ab omni consolacione & auxilio humano destitutus conviciis insuper & blasphemis impetratur, illud omne propter nos sustinere voluit, qui à facie Dei propter nostra peccata in æterna opprobria eramus projiciendi atque omni auxilio & consolatione destituendi. Ignea illa Diabolicarum temptationum tela Christus excipere voluit, ne animam nostram vulnerarent & in desperationem atq; impatientiam nos conjicerent. Quoties cordi nostro tales tentationes suggeruntur! Si es es Dei Filius, si Deus in te delectaretur, non laborares sub cruce &c. haec cogitationes ne sint fraudi saluti nostræ, ideo Christus easdem in bonum nostrum vicit. 3. Christum adhuc hodie in omni vita statu atque ordine habere, à quibus blasphemetur. Sunt qui Christum in cruce pendenter prætereunt ac blasphemant, h.e. qui acerbitatē tantæ Passionis in vera pœnitentia ac fide haudquam perpendunt, sed securè in peccatis pergunt, quin etiam diris ac blasphemis suis Christum denuo crucifigunt, reverā enim diræ illæ, quibus passim omnes hodie utuntur, ac per passionem Christi fatuiferam mala proximo imprecantur, nihil aliud sunt, quām venenatum aliquod spiculum Diaboli impulsu contra Christum ipsum directum. In ordine Ecclesiastico inveniuntur, qui majestatem Christi ad dextam Patris collocati impugnant & blasphemis convitiis eandem proscindunt, hi certè itidem cum Principibus Sacerdotum Christum blasphemant. Alii in cruce murmurant, qui itidem suā impatientiā Christum probro afficiunt. 4. Quod Christo contigit, illud etiam veris Christi membris in hoc mundo contingere solet, ut scil. impiorum convitiis in cruce sint expositi. Jobi. 3. v. 1. *nunc derident me junioris tempore, v. 9. nunc in eorum canticum versus sum & factus sum eis in proverbium.* Quemadmodum Satanas conatur fiduciam cordis in Deum Christo eripere, ita eandem in animis piorum potissimum nititur labefactare. Ut Christus hoc loco audire cogitur, *Si Filius Dei es, descendere de cruce, Confidit in Deum, is liberet eum, si vult eum:* sic membra Christi, omnes scil. verè credentes, sapienter audiunt: Si hic esset Deo carus & acceptus, non foret tantis calamitatibus expositus, qua de re graveriter

Z 4 conque-



conqueritur David Ps. 42. v. 4. *Tuerunt mibi lacryme meæ panes die ac nocte, dum dicitur mibi quotidie, ubi es? Deus tuus?* Sed non patiamur his convitiis nos morari, ut fiduciam abjiciamus & de cruce descendamus, h.e. per media illicita, antequam Deus ipse de cruce nos descendere jubeat, liberationem queramus. Non audiamus carnem & sanguinem descendum à cruce suadentem, sed perduremus, & à Deo liberationem expectemus. 5. Cum primis verò depicta sunt hoc loco velut in tabella quadam tentationes, quibus Saranas moribundos solet exagitare. Primo irridet ac subsannat eos, quod morbo oppressi mortem singulis momentis expectare cogantur. Ubi nunc promissio Evangelica, quod qui in Christum credit, mortem non sit visurus? ubi Victoria illa mortis, quam ex fide in promissionem sperasti? Deinde objicit illis crucem, si essem Deo carus, non ita torquereris aegritudine corporis? Tertio calumniatur etiam optima ipsorum opera. Ubi jam pietas tua? quid prosum tibi bona opera? quem fructum refers ex auditu verbi & usu Sacramentorum? non minus ac reliqui morti cogeris esse obnoxius. Quartò objicit professionem Christianismi. Si pertines ad regnum Christi, juva te ipsum. Videste à facie Dei abjectum, ergo non es verus Christianus, non es electus à Deo, non es inscriptus in librum vitae. Quintò impugnat spem ac fiduciam in Deum. Sperasti in Deum, at ubi liberatio? credidisti in Christum, at ubi auxilium? Emphasis est in vocabulo *eum*, liberet eum si vult eum. Hoc facile concedit nobis Satan in temptationibus, quod Deus possit liberare, quod velit etiam liberare sed hoc in dubitationem vocat, an nos velit liberare. Conatur igitur in dubitationem nos præcipitare, an nos Deum habeamus propitium, an Christus nobis sit justitia &c. Et sicut Christo in cruce pendentí dicitur: *Si Filius Dei es, descende.* Sic maxima agonizantium tentatio est de prædestinatione, an ipsi sint in numero filiorum Dei &c. Haec sunt ignea illa tela, quæ moribundis certam intorquet Satanás, modo hæc modò illa temptatione pharetra adversus ipsos contorquens, quæ de re pulcherrimè scribit Lutherus in sermone de preparatione ad mortem tom. I. Jen. German. sol. 183. Christus non solum in seipso vicit peccatum, mortem & infernum, sed in nostri consolationem ipsemer tentationes illas passus est ac vicit, quas in illis imaginibus experimur. Tentatus est imagine mortis, peccati ac inferni itidem ut nos ea tentamus. Imaginem mortis proposuerunt ei Judæi cum dicerent: *Descendat de cruce, alios salvavit, seipsum servet, q.d.* En moriendum tibi est, non potes evadere, sic Diabolus moribundo terribilem mortis speciem objicit, ut infirmam Naturam exterrat. Peccati imaginem ipsi proposuerunt, cum dicerent, *alios servavit, si est Filius Dei, descendat de cruce, q.d. opera ipsius fuerunt mera illusiones & præstigia, est filius Diaboli, non Dei, nunquam quicquam boni fecit in omni vita.* Inferni imaginem ipsi proposuerunt, cum dicerent: *Confidit Deo, liberet eum, si vult eum,* q.d. præcipitandus est in infernum, abjectus est à Deo &c. Ac velut hæc imagines confusè a sine ordine Christo objiciebantur, sic eadem moribundo unâ vice itidem objiciuntur, ut turbetur & ad desperationem solicitetur. 6. Sed discimus Christi exemplo, quomodo in illis spectris à

Diabolo nobis objectis nos gerere debeamus. Christus silet, non respondet quicquam, alias majoribus conviciis occasionem dedisset. Si non descendamus cum Diabolo in arenam disputationis, sed in silencio ac spe quiescamus Isa. 30. v. 15. Christus non abjicit fiduciam in Deum, quem in imo exinanitionis gradu vocat Patrem ac Deum suum, sicut hæc fiducia Christi describitur Psalm. 22. v. 10. ubi statim post enumeratas impiorum blasphemias subiungitur, *Tu es, qui extra xfime de ventre, spes mea ab ubi- bus matris meæ, in te projectus sum ex utero. vers. 11. de- ventre matris meæ Deus meus es tu, ne discesseris à me;* sic oculos cordis à terribilibus illis objectis avertentes in solum Deum omnem nostram fiduciam collocemus. Christus ad preces se convertit, animam suam Patri commendat ac confirmat animum recordatione felicitatis, quam apud Patrem sibi novit paratam, unde latroni promittit Paradi- sum: sic in temptationibus illis cor nostrum ad Deum unicè dirigamus, cui piis & devotis precibus nos commendemus. Cum his spectris, inquit Lutherus, non sunt manus conferenda, sed potius animus ab illis avertendus, quod sit, si mortem respiciamus in vita, peccatum in gratia, infernum in cœlo, h.e. non aspiciamus mortem in se, nec in nobis, nec in illis, qui à morte vici sunt, sed in illis, qui mortem vice- runt, præsertim in Christo mortis victore & vita Duce. Christus est mera vita, quod ergo diutius & fixius Christum intuemur, eo magis decidet imago mortis, sicut serpentes in deserto sponte decidebant, si quis serpentem æneum fixis oculis intueretur. Peccatum non aspiciamus in peccatoribus, nec in conscientia nostra, nec in illis, qui propter pecca- ta sua damnati sunt, sed in imagine gratia, quæ est Christus in cruce, ut firmiter statuamus, Christum peccata nostra in corpore suo super lignum portare, eademq; interficere. Infernum non aspiciamus in se, nec in nobis, nec in iis, qui damnati sunt & à facie Dei abjecti, sed in Christo, qui propter nos in infernum descendit & in tantas angustias propter nos venit, ut se à Deo desertum conquereretur. Breviter quarete in Christo & non in teipso, ita invenies te ad aeternam salutem in ipso.

Posterior pars hujus pericopæ complectitur conversionem latronis, quæ declaratur antithesis, blasphemis scilicet latronis alterius. Quod enim Matthæus & Marcus dicunt, etiam latrones Christo fuisse convitatores, id Lucas, qui post illorum labores scripsit, sic declarat, quod de alterutro eorum sit accipendum. *Ilnus eorum (inquit) querant suspen- facinorosorum blasphemabat eum dicens: Sit ues Christus, serva te ipsum & nos.* Audivimus superius, cum Christo crucifixos fuisse latrones duos eo quidem modo, ut unus ad dextram, alter ad sinistram, Jesus verò in medio penderet, unus igitur ex his latronibus, qui creditur fuisse is, qui a sinistris pendebat, provocatus exemplo Procerum & promiscua plebis, maximè verò poenæ acerbitate irritatus itidem convicia jaciebat in Jesum & crucem ei exprobabat dicens: *situs Christus, serva te ipsum & nos.* Ne te ipsum quidem à cruce & morte liberare potes, nedum ut nobis supplicii sociis auxilio es possis, ergo non es Christus, sed pessimus impo- litor. Syrus emphaticè reddidit: *Liber a animam tuam sive te ipsum, & libera etiam nos.* Descende tu pri- mū de cruce, & in te ipso vires tuas exere, deinde

inde etiam nobis succurre, ut tuo beneficio ex pœ-
nis nostris liberemur. Audiebat Judæos & milites
crucifixores certatum convitum Christo ingerere, in
illorum ergo gratiam etiam ipse conviciabatur, ut
levationem quandam poenam impetraret. Proponi-
tur igitur in hoc exemplo 1. ingenium impiorum,
qui ne poenis quidem emendantur, sed ex impati-
entia & furioso obstinacia murmurant adversus Deum.
Ut pū per calamitates redduntur meliores, ita
impii per easdem evadunt deteriores, neque enim
convertuntur ad eum, à quo percussi sunt, sed instar
rabiosorum canum se percussos esse fremunt ac
sensu peonarum exacerbati ne quidem à blasphemis
contra Deum eructandis sibi temperant. 2. At-
que ut hic latro corporalem duntaxat liberationem
à Christo expectat, quam nisi protinus experietur,
non vult eum pro Messia agnoscere: sic impii de
corporalibus beneficiis unicè sunt solliciti, quia nisi
ad nutum ipsis conferantur, redduntur impatientes
& Christum planè repudiant. Respondens autem alter
inrepat eum dicens: Neque times tu Deum, quod in eadem
damnatione es. ἐτίσιων significat reprobando &
interdicendo, utraque significatio congruit huic loco,
quia latro ille socium suum increpat & objurgat,
eademque operā interdicit ei, ne in blasphemis
pergat. Syrus habet verbum Καὶ οὐδὲ οἰησεν οἰησεν
Fuerat haec tenus hic latro socius alterius in
criminalibus, factus etiam erat ejus socius in supplicio,
sed in blasphemis recusat se illi socium præbe-
re, quin potius de blasphemis illum objurgat & ad
conversionem revocat. Verbum δοκεῖ οὖτις ostendit,
Christum ad convicia latronis blasphemantis
nihil quicquam respondisse, sed instar surdi ac muti
in cruce pependisse Psal. 38. v. 14. alter igitur latro
respondendi partes suscipit, innocentiam Christi
predicat & petulantem socii sui linguam coercet.
Neque times tu Deum, inquit, quod in eadem damnatione es. Emphasis est in pronomine relativo τούτῳ, hoc
enim vult latro dicere. Ut reliqui sub cruce stan-
tes & suppliciorum expertes Deum non timeant
convicia innocentium certatum ingerendo, tu tamen
Deum timere deberes, cum in eadem damnatione
haeres. Sic ergo ὁριζεται accipitur pro quamvis per He-
braismum, quia Hebrei particulam Τὸν interdum
accipiunt, eo modo etiam usurpatur Johan. 8.
vers. 45. καὶ τὸν judicium & damnationem significat.
Quamvis vero plerunque, de aeterna damnatione ac-
cipiatur, hoc tamen loco temporale supplicium
duntaxat denotat, quo modo accipitur Luc. 24, 20.
1. Petr. 4. v. 17. hoc ergo revocat latroni convictori
in mentem, quod simili poenae subjaceat, Syrus
vertit per Καὶ οὐδὲ qui in ipso es judicio, more enim
Hebreæ linguae judicium ponitur pro effectu &
consequente judicij damnatorij, videlicet poena ac sup-
plicio. Duplici autem nomine societas supplicii lat-
ronem a convictis revocare debuisset, tum quia
reipsa sentiebat crucifixorum sortem miseratione,
potius quam infectione dignam esse, nec alteri
objiciendum esse supplicium, cui ipse quispiam ha-
ret implicitus, tum vero maximè hoc nomine, quia
supplicium brevi post vitam finem erat impositum,
ac rapturum ad tribunal Dei, coram quo de
omni vita, praesertim etiam de his convictis ipsi red-
denda sit ratio. Syrus vertit, etiam à Deo non ti-
mestu? inde colligi posset in nomine Deum, et
iam quandam emphasis subesse hoc sensu. Si homi-
nes revereri nolles, tamen Deum tibi timendum
esse statuere debebas, cuius filius est hic Jesus, quem
maledico ore blasphemas, & cuius justo iudicio ad
promeritas poenas es revocatus. Quidam etiam
querunt emphasis in verbo timer, ut sit sensus. Si
vel maximè ad Deum converti, ipsumque amare nol-
les, tamen æquum erat ipsum timere, & à convictis
in innocentem congregendis tibi temperare. Hanc
sententiam confirmare videtur ipsa Græci sermonis
compositio, particula enim εἴδει proximè conjungi-
tur cum verbo φέγγει, ne times quidem tu Deum. Sed
circumstantia ostendunt in pronomine τούτῳ potissimum
latere emphasis, cum crebra sit apud Græcos
illa particularum trajectio, hoc enim vult latro di-
cere. Si vel maximè Proceres Judaici, milites Ro-
mani & promiscua turba non timent Deum, sed
certatum convitum illi ingerunt, quem contra meri-
tum crucifixerunt, tu tamen Deum timere debebas.
Illi adhuc prosperè agunt, extra teli jactum vivunt,
res ad ipsorum nutum procedunt, inde est, quod
timor Dei ab ipsis exultat, tu vero in mortis limine
hæres, tu animam in extremis labris sessitatem
post breve temporis spaciū exhalabis, tu iudicio
Dei praesentandus es, timore igitur Dei revocatus à
convictis in hominem innocentem, & quidem in
ipsum Dei Filium abstinere debebas. Quidam existi-
mant latronem agnovisse Christum duntaxat pro
homine innocentem, non autem pro Dei Filio, profe-
runt igitur hanc verborum connexionem. Timor
Dei docet condolere afflictis, qui injustè ac præter
meritum patiuntur, revocari igitur debebas timore
Dei, ne in hunc innocentem convicia projiceres.
Sed sequentia ostendunt, non pro nudo homine,
sed pro Messia ac Dei Filio Christum ab hoc latrone
fuisse agnitus. Quia enim regnum illi tribuit, ideo
Regem ipsum agnoscit & quidem non mundanum
ac politicum Regem, quia cum gloria Regis mun-
dani male convenient crucis ignominia, sed cœlestē
& aeternum Regem, qui honor soli Messia ac Filius
Dei competit. Revocat igitur his verbis socium suum
ad tremendum Dei iudicium ac graviter mon-
net, ut illius mentione exhorrescat, si vel maximè
in tota vita flagitiis haec tenus fuerit deditus, cum
paulo post de omnibus sceleribus ac cumprimis de
convictis in ipsum Dei Filium ac cœlorum Regem
conjectis exacta ipsi reddenda sit ratio. Ne vero ex-
stimetur Christum eodem in volvere reatu, quia in
eodem καὶ τὸν ipsum hærente dixerat, id est subjunxit.
Et nos quidem justè scilicet in eadem damnatione sumus,
nam digna factis recipimus, hic vero nihil malum efficit,
sic ergo uno eodemque sermone & sua sclera & Chri-
sti innocentiam publicè fateretur. Agnoscit se sceleribus
fuis crucis supplicium esse promeritum, ideo-
que non esse eo nomine adverlus Deum murmu-
randum ac liberationem ex impatientia querendā.
Christum vero hanc poenam negat esse promeri-
tum, cum non solùm à latrociniis & gravioribus sce-
leribus liber sit, sed etiam nihil quicquam malum ullo
unquam tempore gesserit. Non dicit in singulari &
tu quidem justè, sicut antea dixerat, ne tu quidem
times Deum, sed in plurali dicit, Et nos quidem justè.
Quamvis enim timorem Dei in corde suo sentire
& a convictis Christo ingerendis abstineret, non
tamen negat se justè puniri; nec praesertim
socio suo peccata peccatis, cumulantibus, sed re-
cordatus



cordatus superiorum facinorum & vita in flagitiis transacta humiliat se coram Deo, agnoscit peccata iisdemque se non solum hanc temporalem sed etiam aeternas poenas promeritum esse confitetur, quod in vera & seria poenitentia omnino est necessarium, sicut agnitus morbi est principium sanitatis. Ideo etiam numero plurali utitur ac socio se conjungit, ut increpatio sit modestior. Si enim dixisset, tu quidem justus, quia factis tuis digna recipis, metuendum fuisset, ne audire cogeretur. Tu culpae & poenae socius es, quid ergo alterutrum horum inibi exprobras? Proinde ut & modestior & efficacior sit objurgatio, ideo se ipsum ei includit, quo exemplo concionatores peccata auditorum suorum argentes seipso modestiae & veritatis causa includant. I. Joh. 1. v. 8. Si dixerimus, quod peccatum non habemus, mendaces sumus. Nos (inquit) αξια ἀνέπειραμεν ἀπολαυσάντες supplicium illis, quæ fecimus, h.e. latrociniis & sceleribus nostris dignum recipimus; agnoscit justitiam divinorum iudiciorum, quæ fit, ut μεγάλα αἰωνία τιμωρία, ideoq; supplicium illud sceleribus suis promeritum ex manu judicis Pilati velut ex Dei manu suscipit & aequo animo tolerat, quod itidem in vera & salutari poenitentia est necessarium, agnoscere scilicet, nos justo Dei iudicio calamitatibus esse subjectos, cum longe graviora illis simus promeriti. Syrus vertit, scit digni fuimus. & sicut fecimus, retributionem accepimus, q.d. qualis fuit noster labor, talis etiam secuta est merces; qualia fecimus, talia quoque patimur. Hic vero, cui tam proterve conviciaris, nihil mali gestis, εδεν ἀποτοντες, nihil absurdum, absonum vel indecens fecit, non solum hanc crucem non est promeritus, sed nec ullo etiam levissimo peccato est contaminatus, απότον propriè est, quod non habet locum, metaphoricè significat id, quod est inconveniens ac rationi minimè consentaneum, nec solum de sermonibus sed etiam factis absurdis & inconvenientibus usurpat. Isocr. in Epistol. ad Phil. απότον καὶ λιαν αινοῖς ἐπιχειρῶ προσγεωσον inde 2. Thess. 3. v. 2. απότον ἀνθρώπων dicuntur, qui perversa loquuntur & faciunt, servi absurdarum opinionum & actionum 2. Marc. 14. v. 23. de Nicanore ab insolentibus actionibus milites suos coercente dicitur εδεν ἀποτον ἐπαγγειον. Job. 30. v. 21. Proverb. 30. v. 20. πράτισθαντα accipitur profane re iniquitatem γινον quod LXX. alibi vertunt per αδικίαν & αὐτοπίαν. Job. 34. v. 12. αποτα ωσεν usurpat pro γινον quod est improbe agere contra Deum & ipsius verbum, LXX. alibi vertunt per αἰτίαν & αἰωνίαν. Ut enim απότον θεωρητικον est opinio pugnans cum recta ratione, cum principiis nobiscum natis & communi experientia: ita απότον προσαναντον quiddam pugnans cum lege Dei & aliis honestis legibus. Sensus igitur est, quod Christus nullam iniquitatem fecerit, neq; quicquam commiserit reprehensione, nedum crucis supplicio dignum. Et sic alia causa in his verbis continetur, quare alter latro a conviciis sibi temperare debeat, nimis quia Christus est innocens & præter meritum affligitur, jam vero natura insitum est hominibus, ut insulte affictis condoleant, contra vero planè inhumanum est innocentibus non solum non condolere, sed insuper etiam ei maledicere & convitari, maximè si id fiat à supplicii socio & per mortem ad Dei iudicium mox

evocando. Bellum est, non humanum inquit Seneca, non compati morienti. Objurgato hac ratione latrone conviciatore ad Christum sese capire, quod adhuc liberum habebat, convertens inquit: Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum. Nomen tuum usurpat vel civiliter, quando hominem quempiam honoratiorem reverentia causa vocamus Dominum, Matth. 27. v. 63. & sic respondet Hebraeo אָמֵן cum pathah item quando eum vocamus Dominum, qui suos habet servos Matth. 6. 24. cap. 8. v. 27. &c. vel Theologicè, quando unicæ vero Deo tribuitur appellatio Domini, & sic responderet Hebraeo אָמֵן ac אָמַנְתִּי cum cametz in qua significacione plus millies in V. ac N. T. occurrit. Quo sensu hic latro conversus Christum appellet Dominum, colligitur ex ipsis circumstantiis agnoscit eum esse Regem, & quidem talem, cuius regnum in media morte perduret, quique potestatem habet at recipiendi in gloriam illius regni omnes verè in se credentes, agnoscit ipsum non esse promeritum crucis supplicium, sed ab omni peccati labore immunitum pro peccatis humani generis in se suscepit tam dira perferre, quæ omnia ostendunt, quod Christum agnoverit verum Messiam, Dei Filium, ac Regem cœlorum. Atque hæc est mirabilis lux fidei in hoc latrone, quod Dominum illum vocat, qui servili crucis supplicio afficiebatur. Vocat illum Dominum, qui in cruce nudus, ab omnibus destitutus, insuper blasphemis omnium impetus pendebat. Dominus debet esse liber ac potens, at hic latro eum agnoscit dominum, qui in cruce pendet vincitus ac nudus. Syrus vertit רֹאשׁ דָמִינוּ mi, quod est pronomen fidei: profitetur enim quod Christum assumerit in Dominum, cui serviret in Deum, in quem crederet; in superiorem, cui obsequeretur; in Advocatum, cui se commendaret. Memento mei, inquit. Non petit liberationem à supplicio, quod suis sceleribus se promeritum esse confessus erat, nec petit mitigationem temporalis penæ, sed de animæ sua salute unicè sollicitus petit lui rationem haberi in regno cœlesti, in quod brevi post Christum ingressurum esse firmiter credit. Ut enim impii in cruce murmurant adversus Deum & de temporali solum liberatione sunt solliciti; ita pīr reverenter se subjiciunt divina voluntati, unicè petunt remissionem peccatorum & animæ salutem, interim Deo unice committunt, an temporales penas velit auferre vel mitigare. Nec petit participem se fieri regni illius cœlestis, sed conscientia suæ indigentias ex vera humilitate & modestia precurat aliquid saltem sui rationem ac memoriam haberi; non petit ad moveri mens cœlesti, sed micas solū sibi distribui, imò cum Davide exoptat sedere ad limen in domo Dei, Ps. 84. 11. Memento, inquit, mei, iudicans Christum tam benignum atq; obyrium effervescentibus ut non sit necessarium multis verbis exponere quid petamus, sed sufficere si tribus tantum verbis ex seria poenitentia profectis causam nostram eidem exponamus Memento mei, quem creasti, quem redemisti, quem ad consortium regni tui exterius vocasti & interius Spiritu tuo illuminasti. Memento mei in cruce pendens, propter quem in cruce pendes. Memento mei, qui sceleram mea detestor; qui verè in te credo & confido, qui me in perpetuum obsequium tibi offerro. Si mihi micas bonitatis tuae distribueris, non eris propterea

reaindigentior, si me in regnum tuum receperis, non erit propterea angustius. Si peccata mea benignè mihi condonaveris, augebis mundum Christiano, regnum tuum subdito, electorum cœtum aliquo focio. Memento mei, cum veneris in regnum tuum. Mirabilis omnino petitio. Latro est, qui orat; crucifixus, quem orat: regnum propter quod orat. Nec dicit, memento mei, cum veneris in regnum Dei, sed in regnum tuum, id quidam sic interpretantur, quod professione & prædicatione fuerit Christi regnum, siquidem in principio ministerii sui dixerat: Agite penitentiam, appropinquavit enim regnum cœlorum Matt. 4.v.17. sed majus aliquid hac confessione latronis Christo tribuitur, quod scilicet Pater cœlestis ipsi tradiderit regnum aeternum, in cuius felicitatem & gloriam per passionem & mortem ingressurus sit & cuius distribuendi potestatem habeat. Nisi enim latro firmiter credidisset hanc potestatem Christi ut Dei Filio ac cœlesti Regi competere, nunquam se in illud recipi ab ipso petiisset. In Graeco est, ὅταν εὐθανάτος, quod ad verbum sonat, cum veneris in regno tuo, posset igitur sic intelligi, quod latro petat sui rationem haberet, cum Christus aliquando venturus sit adjudicium in gloria regni sui sedens super regalem thronum maiestatis iudea Matth. 25.v.31. Sed Simplicius τὸν & accipitur positum pro eius sicut interpres Latinus etiam vertit, ut agnoscat latro, Christum à morte statim in gloriam regni sui ingressurum esse. Agnoscentium est igitur hoc loco mirabile Dei consilium in afferenda Christi innocentia. Judas Magistrum suum prodiderat, Petrus abnegaverat, discipuli deseruerant, Proceres Judaii, milites Ethnici ac plebs promiscua certatim concivia in eum jaciebant, Deus igitur alium innocentem praeconenem ipsi excitat & ex latrone efficit confessorem Christi, ne calumniis adversariorum ipsius innocentem opprimatur. Pontifices ac Seniores ratione officii illas virulentas blasphemias coercere debebant, cum vero illi non solum ad Christi defensionem racerent, sed etiam convitiis reliquorum convitia sua adderent, en ex improviso excitat Deus latronem, qui ipsos arguat, innocentiam Christi prædicet, imo pro Rege ac Domino publice ipsum confiteatur, quo vero sine innocentia testimonia Christo tortes fuerint data, exppositum est superius. Quod si contingat etiam nos calumniis adversariorum gravari, solemur nos hoc exemplo Christi firmiter statuentes, quod Deus causam nostram iudicaturus & justitiam nostram in lucem producaturus sit Mich. 7.v.9. Proponitur etiam hoc loco notabile exemplum justificationis gratuitæ. Latro per omnem vitam sceleribus fuerat deditus, nihil boni gesserat, interim tamen vera pœnitentia ac fide ad Deum conversus sub ipsum vita finem consequitur remissionem peccatorum & vitam aeternam. Hic certè nemo suspicari potest, latronem suis meritis peccatorum remissionem & justitiam obtinuisse, sed ex mera gratia fide in Christum eam consecutus est, sicut Origenes lib.3. in Epist. ad Roman. cap. 3. tom. 2.p.504. super verba: Arbitramur justificari hominem per fidem sine operibus legis, exemplum hujus latronis recte adducit, Imminet (inquit) nobis, qui integrum esse Scripturam Apostoli conamus afferre & ordine suo cuncta constare, ut requiramus, quis sine operibus sola fide justificatus sit. Quantum igitur ad exemplum pertinet, sufficere arbitror, il-

lum latronem, qui cum Christo crucifixus, clamavit ei de cruce. Domine Iesu, memento mei, cum venieris in regnum tuum. Nec aliud quicquam describitur boni operis ejus in Evangelio, sed pro hac sola fide ait illi Jesus: Amen dico tibi, hodie tecum eris in Paradiso. Per fidem justificatus est hic latro sine operibus legis, quia super hoc Dominus non requisivit, quid prius operatus esset, nec expectavit, quid operis cum credidisset, expleret, sed sola confessione justificatum comitemque sibi Paradisum ingressurus assumisti. Etc. Pontifici disputant, quod mortem suam obtulerit Deo in satisfactionem pro peccatis, sed huic commento difterit verbis ipsomet contradicit, agnoscit enim se peccatis suis hanc pœnam justissime promeritum & in una Christi bonitate gratuita omne perfugium habet constitutum. Sanè maximum discrimen est inter pœnam latronis convicatoris & latronis conversi. Illius pœna est flagellum vindicis & irati Dei; hujus vero supplicium est paterna castigatio, nam per veram ac seriam conversionem ipsæ etiam ἡμερας pro gravioribus sceleribus irrogata convertuntur in paternas castigationes, & ut Brentius loquitur, in sanctam passionem: Illius pœna est initium aeternorum cruciatuum: hujus vero supplicium est finis omnium dolorum & janua ad vitam aeternam, interim tamen ut maximum discrimen est inter supplicium latronis convicatoris & latronis conversi, ita longè majus discrimen est inter passionem latronis conversi & ipsius Christi. Soli passioni Christi competit hic honor & gloria, quod sit λύτρον & sacrificium ιλασίον pro peccatis hominum; quia est innocentis, immo ipsius Filii Dei passio sponte ex immensa caritate suscepta, hic honor nullius sancti passionibus, quæ alias vocantur δοκιμασίαι, nedum latronis conversi supplicio, quod est iusta iugatio pro gravioribus sceleribus irrogata, tribui potest, siquidem Christus tollerat calcavit solus peccatis. Esa. 03.v.3. & ipsius sanguis unicè hanc habet efficaciam & virtutem, ut mundet nos a peccatis 1. Joh. 1.v.7. Non ergo suam, sed Christi innocentis passionem hic latro fide obtulit Deo in satisfactionem pro peccatis suis, sicut Ambros. serm. 45. ex eo, quod se digna factis recipere, Jesum vero innocentem esse profitetur, pulchre colligit, quod agnoverit Christum pro alienis peccatis has plagas sustinere atque illa in Christi corpore vulnera, non Christi, sed peccatorum suorum esse vulnera. Ne quis vero cogitet, fidei justificantis appellacione intelligendam esse nudam duntaxat fidei professionem ac Historicam tantummodo notitiam, is expendat, qualis fuerit haec latronis fides, quosve habuerit anteambulones, comites & pedissequas. Conspicitur in hoc latrone 1. vera contritio, agnoscit enim sua peccata, profitetur se justè puniri, ac graviora promeritum esse, agnoscit suam indignitatem, ideo verè humiliat se coram Deo, agnoscit impoenitentibus aeterna supplicia post mortem constituta esse, ideo tam anxie querit in gratiam recipi & in regnum cœlestē a Christo introduci. 2. Cum hac peccati agnitione & seria cordis contritione conjunctus est timor. Neque times tu Deum, dicit ad socium suum, profitetur igitur se Deum atque iram & judicium ejus fieri timere, atque hoc timore retrahi, quo minus in peccatis exemplo socii sui pèrgat. 3. Magnitudini & gravitati scelerum suorum ac iræ divinae peccatis suis promerita opposit non suam.

Suum mortem sed Christi innocentis mortem. Agnoscit Christum esse verum Messiam ac Dei Filium hoc sine in mundum missum, ut innocentia sua passione ac morte pro peccatis hominum satisfaciat, eosque ē regno Satanae liberatos in regnum suum transferat, ad hunc Dominum ac Regem vera fide se convertit & ad se quoque illius beneficia pertinere statuit, inde eum vocat suum Dominum & sui memoriam haberi petit in hoc Christi regno, hac fide vincit terrores peccati & certò statuit se in gratiam à Deo recipi propter Christum, nisi enim haec fides in corde latronis fulisset, nunquam se in regnum Christi recipi postulasset. Ac reverā hujus latronis fides est admodum insignis sive eam respectu notitia & assensus, sive ratione fiducia & specialis applicationis beneficiorum Christi respicere velimus. Videl Christum novissimum virorum. Esa. 53. vers. 3. & confitetur esse primum virorum, scilicet Regem: videt eum in pari poena constitutum & tamen agnoscit non esse parem pœnae causam: videt vulneratum, nudum, contemtum, opprobriis affectum & tamen agnoscit esse Regem. Dic o latro, inquit Augustinus, ubi thronus ex Sappiro? ubi Cherubim & exercitus caeli? ubi corona scepterum & purpura, ne eum dicas Regem? videsne coronam quam spineam; sceptrum aliud, quam clavis; aliam purporam, quam sanguinem; aliud thronum, quam crux; alios ministros, quam sacrifices; quid ergo regium vides? Videte, inquit Bernhard. serm. 2. Epiphan. quam oculata sit fides, quam lynceos habeat oculus, diligenter considerate. Cognoscit Dei Filium latenter, cognoscit in ligno pendente, cognoscit morientem; siquidem latro in patibulo; Magi in stabulo cognoscunt; Centurio vero vitam agnoscit in morte Eccl. mirus latro mirè predari novit. Videl meridiano tempore Regem summum pauperis contectum habitu, per angustam viam crucis iter facientem in regnum suum, agnoscit sub pauperis habitu regias latere opes, invadit Regem latro, spoliat, regias divinasque opes sibi comparat, quibus sic est locupletatus, ut inter caelestes Principes sit collocatus. Quod si fides latronis cum fide Patriarcharum, Prophetarum & Apostolorum conferatur, apparet manifestius, quam sit eximia & insignis. Credidit Abraham in Deum, cùm familiariter illi loqueretur, sicut amicus amico solet loqui & multiplicationem seminis ipsi promitteret Genes. 15, 6. sed hic latro credit, antequam Christus ipsum alloquatur & regni participationem prius petit, quam Christus eam promittat. Credidit Moses, cùm Deum ex rubro ardente secum colloqui audiret Ex. 3. v. 2. sed hic latro credit videns Christum spinarum sentibus coronatum & igne caritatis exultum. Credidit Esaias, cùm videret Deum in throno gloriae sedentem, ac multis Angelorum millibus stipatum Esa. 6. vers. 1. sed hic latro credit videns Christum, pendente in cruce & latronibus stipatum. Credidit Petrus, videns Jesum super undas maris ambularem Matth. 14. v. 28. sed hic latro credit videns Jesum pedibus confixis cruci inharentem & sanguine suo à vertice ad plantas usque manantem. Credunt Apostoli videntes Christum coram se transformatum & faciem ejus instar Solis splendentem Matth. 17. vers. 2. sed hic latro credit videns Christum non transformatum sed miserrime deformatum & faciem ejus non coruscantem, sed spitis, vibicibus ac sanguine dedecoratam. Credidit

Martha videntes Christum demortuum Lazarum excitantem Johan. 11. v. 27. sed hic latro credit videns Christum in morte expirantem. Crediderunt alii videntes Christum divina miracula operantem & solennibus acclamationibus à populo honoratum; sed hic latro credit videns Christum ab omnibus blasphemari, vilipendiare repudiari. Apostoli grave scandalum in Christi passione fuerant passi, id estiam profugerant a suo Magistro, sed hic latro in ipsa die passionis in Christum credit & confitetur illum Regem, quem supplicii vider esse consortem. Confitetur latro, quem Apostolus abnegavit; latro honorificat patientem, quem Judas prodidit osculanten, inquit Ambros. sermon. 45. Tunc fides latronis bujus floruit, inquit Augustin. libr. 1. de anim. & ejus orig. c. 9. quando discipulorum marcuit. Illi desperaverunt de moriente, illi speravisi in commorientem. Doluerunt illi tanquam hominis mortem, credidit illi regnorum post mortem. Vide Chrysostom. homil. de cruce & latrone, ubi de fide hujus latronis prolixè rhetoricitur. Ultautem ratione notitia ita quoque fiducia respectu magna est hujus latronis fides. Totum vitæ tempus in latrociniis & aliis flagitiis transigerat, pendebat in cruce maledictus à Deo interim hos terrores peccati & angores conscientia fide exuperat ac gratuitam peccatorum remissionem firmâ fide à Christo petit & expectat. Erat hora novissima, jam jam exhalatus erat animam & judicio Dei sistendus, nihilo tamen minus firmiter credit fores gratiae adhuc patere & gratiam supra peccatum exuberare. Rom. 5. v. 20. 4. Ex fide in Christum preces fundit & peccata sibi condonari, ac salutem gratis donari petit, quia fructus verae fidei est invocatio Dei Rom. 10. v. 14. Domine, inquit, memento mei, nec præscribit in precibus suis temporibus aut modum auxilii, sed divinæ voluntati hæc omnia committit. 5. Cum fide etiam conjuncta est confessio, quâ Christum innocentem, quinimò etiam Regem ac Dominum profitetur. Non veretur Principes Judaicos, Præsidem Romanum, adeoque totum populum accusare, quod Christo prater omne meritum crucis supplicium intulerint, dum latam mortis sententiam aduersus se probat & justam agnoscit, sed adversus Christum prolatam plane iniquam & injustam publicè clamat, quæ oppositio hanc confessionem reddit illustriorem. Potuisse vereri, ne gravioribus cruciatibus & iisdem blasphemis afficeretur, quas in Christum magno numero conjectas audierat; sed nullâ periculorum habitatione fidem cordis declarat confessione oris Psalm. 116. v. 10. 2. Corinth. 4. v. 13. Nihil amplius habebat liberum prater cor & linguam, utrumque tamen Christo offert, corde credens ad iustitiam, ore confessionem faciens ad salutem Rom. 10. vers. 10. Honorem per furtum amiserat, vitam auferri Pilatus jussiferat, bona ipsius omnia ad se traxerat, illud ergo Christo donat, quod unum adhuc reliquum habebat, corde in Christum credit & linguâ eundem confitetur. Veteres ad hanc latronis confessionem referunt dictum Esa. 43. vers. 20. ubi Dominus dicit: Glorificabit me bestia agri. Bestia agri fuerat ille latro grassator, qui in viis interficerat homines, ut illos spoliaret. Ecce bestia ista jam Christum glorificat. 6. Exerit etiam fidem suam per caritatem, redarguit latronem conviciantem, invitat eum ad penitentiam, quod insigne est opus caritatis,

fatis, quippe quæ non solum exerit se mansuetudine consolationis, sed etiam severitate reprehensionis, unicè enim hoc querit, ut proximi salutem promoveat, sive id fiat reprehensione, sive præmonitione, sive consolatione &c. 7. Testatur etiam veram cordis sui humilitatem, quando non petit à Christo regnum, quo se indignum judicat, sed hoc solum petit, ne in oblivionem planè veniat. Gen. 40. v. 14. dicit Josephus ad principem pincernarum. *Tantum memento mei cum tibi bene fuerit & facies mecum misericordiam, ut suggeras Pharaoni, ut educas me de isto carcere,* ubi non petit ad summorum honorum fastigia evehì, sed tantum ex carcere liberari, sic hic latro magna quidem fide petit, sed tamen non petit magna, siquidem sui memoriam duntaxat haberi orat. Liberum tibi relinquō, inquit, quā ratione pro regalitua munificentia ac beneficentia mihi benefacere velis, modō mei memoris. 8. Denique etiam probat patientiam suam in cruce, non murmurat adversus Deum vel Dei ministros in irrogandis sceleribus, id est, adversus Magistratum, sed agnoscit iusto Dei iudicio propter scelera sua hoc supplicium sibi esse irrogatum, nec petit illud auferri, sed de anima salutē unicè sollicitus patienter corporales & temporales poenas tolerat, qui fuit insignis fructus fidei, reverenter scilicet voluntati divinae in penitē sese submittere & promerita supplicia æquo animo tolerare, ubi peculiarter notandum, quod licet penas ipsiusmet peccatis nostris nobis accessiverimus, non tamen nos à Deo abiciendos esse, modō verā pœnitentiā & fide ad ipsum convertamur & promeritas poenas patienter toleremus, ut exemplo hujus latronis manifeste comprobatur. Unde verò insignem hanc fidem tot fructibus conspicuum hauist latro? Quidam simpliciter continguit ad immediatam Spiritus sancti actionem & miraculoſe hanc fidem in corde latronis sine ullo medio accensam esse statuunt. Chrysost. homil. 84. in Johann. edit. Latin. *Non minus fuit miraculum in cruce latronem converti & Paradisum intrare, quam petras collidi &c.* Leo sermon. 2. de passion. *Quae istam latronis faiem exhortatio persuasit? qua doctrina imbuit? quis predicator accedit? non viderat prius alia miracula, cessaverat tunc languitum curatio, cœcorum illuminatio, vivificatio mortuorum &c. & tamen Dominum confitetur & Regem, inde ergo oriebatur fidei donum, unde accepit ipsa fides responsum.* Sed quamvis Christi ac Spiritus sancti dono, ut causæ principali, hæc latronis fides recte tribuatur, sicut pulcerimè dicit Augustin. sermon. 122. de tempor. *hæc conversio latronis est mutatio dextra excelsi.* *Quis illum docebat, nisi qui juxta illum pendebat, erat enim fixus in latere, sed habebat eum fixum in corde?* tamen cum in negotio salutis Deus ordinariè agat per media, ideo inquirendum est, quibus mediis S. S. in corde latronis pœnitentiam & fidem fuerit operatus, & hac ratione benignitas Dei hunc latronem in gratiam recipientis & regnum celeste ei donantis magis nobis commendatur & suavius nos afficit, si statuatur, non extraordinario & miraculoſo quodam modo, sed per medium esse conversum ac salvatum. Hieronymus igitur in c. 27. Matth. statuit, latronem ad conversionem excitatum esse prodigiis illis, que in morte Christi conigerunt. Sole (inquit) fugiente, terrâ commotâ, Harm. Tom. III. vel Gerbara. Cont. pars quarta.

*saxisq; disruptis & ingruentibus tenebris, unus latro credidit in Christum, & priorem negationem sequenti confessione emendavit. Hieronymum sequuntur Origenes & alii. Sed series Historiæ ostendit miraculosam illam Solis eclipsin post hanc latronis conversionem, reliqua verò miracula etiam post Christi mortem contigisse. Quidam existimant. Hunc latronem in carcere audivisse egregiam Christi confessionem coram Pilato de suo regno Joh. 18. v. 39. sed cum in prætorio remotis arbitris Pilatus Christum examinaverit, ideo non potest certo illud afferi vel evinci. Simplicius ergo respondebit, famam doctrinæ & miraculorum Christi in tota Iudea celebratam cum prædicatione summa benignitatis & œcumenicæ in ferendo auxilio etiam ad hujus latronis aures pervenisse, per quam prima quasi scintilla fidei in corde ipsius fuit accensa, sicut in Historia Evangelica quamplurimi memorantur hac fama excitati & exciti ad Christum venisse: audit deinde concionem, quam in eductione Christus ad mulieres Hierosolymitanas habuerat, in qua passionis mysterium pulcherrimè declaratur: audit preces ipsius pro crucifixoribus ad Patrem cœlestem fusas, inde collegit, si Christus tam benignus est erga peccatos suos hostes, non repellat me de peccatis seriò contritum ac dolentem. Titus Bottrens. in cap. 23. Luc. *Latro ex oratione, quam Christus magna cum fiduciâ ad Deum tanquam ad Patrem transmittebat, ad menem rediit. Nam & perinde cum eo loquitur atq; par cum pare, & Patrem vocat, & cum magna libertate dimittit illis clamat. Non enim dixit: Domine, rogo te, ut banc illis noxam condones, sed simpliciter dimitte illis, inquietabat. Offendit per hæc autem que Judei per injuriam & contumeliam in illum commitebant ea propter uritusq; Nature & divinitatis identitatem, in ipsiusque Patria injuriam & contumeliam redundasse. Vide titulum Crucis, quod Pilatus publicè testetur, hunc est Regem Judæorum, forçè etiam audit alterationem Pontificum cum Pilato de hoc titulo, vidit mirabilem Christi patientiam ad omnes blasphemias tacitentem, vidit inauditam ejus mansuetudinem ac benignitatem, inde excitatus est ad spem & fiduciam in corde suo concipiendam. Fatendum interim primariam ac præcipuam hujus conversionis causam fuisse Christi benignitatem & Spiritus Sancti actionem. Ut enim Christus ostenderet salutarem crucis suæ effectum esse hominum conversionem, peccatorum remissionem & vitæ æternæ donationem, ideo ipso facto in hoc latrone id demonstrare voluit. Ex Christi in cruce pendentis vulneribus emicabant divinae lucis radii in ipsum corpus hujus latronis occultâ virtute penetrantes, ac fidei lucem in eo accendentem. Inde est, quod Christus hanc latronis fidem & conversionem, quam ipse gratiâ suâ & merito passionis sue operatus fuerat, non despexit, sed petitioni ejus promissimè annuens, subjecit. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Apulio usitata est affverandi formula ex Hebreæ 12N deducta, quæ Christum in suis concionibus ab Evangelistis descriptis quinquagies usum curiosi harum rerum observatores dicunt. Quare verò Christus, cum sit ipsa veritas, hanc affverandi & jurandi particulam usurpat? cur non potius nuda suæ promissione fidem adhiberi postulat? Resp. Cyprianus, cum res adeò insignis esset, quam promitterebat Christus, nimirum Paradisus, & quia ille, cui**

Promittebat, magnus peccator erat scilicet latro, & pars fidei promissor videretur, utpote qui in cruce penderet, & quia fex hominum aderat, in cuius praesentia promitteret, nimurum Iudei, ideo ad majorem verborum suorum confirmationem voluit ante jurare quam promittere. Latroni promittebatur regnum, crucifixio colum, damnato Paradisus, ideo propter maiestatem doni addita fuit confirmatio iuramenti, ac proinde non propter promissionis incertitudinem, sed propter auditorum incredulitatem addita fuit isthac asseveratio, nisi enim projectae planè audacia essent, facile intelligere poterant, hominem in limine mortis constitutum non temere nec falsò jurare. Amen dico tibi, inquit. Qui surdus & mutus fuerat hactenus ad blasphemantium convicia, is postulationi prenitenis latronis responderet sine omni mora. *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Non solum ero tui memor, sed etiam mecum eris, nec aliquando tandem, sed hodie, statim à morte tua, mecum eris in Paradiſo. Euthymius putat Christum in responso ideo fecisse mentionem *Paradiſi*, cùm tamen latro regni meminisset, quia Sancti antea tempus novissimi iudicij non sint cum Christo in regno Dei & fruitione aeternorum bonorum, sed in Paradiſo, ex quo Adam ejectus fuit, ac dici eos esse ibi cum Christo, qui cum sit verus Deus ubique praesens, ideo & in Paradiſo est & in celo. Sed hæc est violenta verborum detorsio, ut ostendemus inferius. Si animæ piorum non aliter sunt cum Christo in Paradiſo, quam quia Christus est ubique, utique hæc ratione etiam in hac vita sunt cum Christo, cur ergo Apostolus dicit, *Cupio dissolvi, & esse cum Christo* Phil. 1. v. 23? Nomen igitur Paradiſi respondet hoc loco appellationi regni, quia enim latro Christum rogat, ut in regno suo velit sui meminisse, & Christus ei respondet, quod in Paradiſo secum futurus sit, inde facile intelligitur, quod Paradiſus & Christi regnum hic sint *ἰστορία μέρη*. Paradiſus Græcis *πόλεις*, a septuaginta Interpp. & Latino paraphrasite vocatur hortus ille felicissimus in Eden, in quem primi Parentes statim post creationem suam à Deo collati sunt, qui in Hebræo generali appellatione vocatur *ἡ γῆ ἡ ὄχυρη*. Suidas derivat hanc vocem *δέσμη τῆς θεοῦ* vel *δένεσθαι*, ab irrigatione, sed Julius Pollux tradit hanc vocem non esse origine Græcam, sed Persicam & ex consuetudine Persica fluxisse in usum Græcorum. Persæ vero eandem acceperunt ab Hebræis, apud quos *ἡ γῆ* significat hortum pomarium fructiferis arboribus constitutum, quæ vox tribus duntaxat vicibus in Bibliis occurrit Nehem. 2. v. 8. Eccles. 2. v. 5. Cantic. 4. v. 13. Quando igitur Christus hoc loco promittit latroni converto ingressum Paradiſi, id quidam ex veteribus sic accipiunt, quod intelligendum sit de Paradiſo illo terrestri ac corporeo, in quo ante lapsum primi Parentes habitarunt, quem adhuc superesse autemant. Justinus in responsu ad quæſtionem. orth. q. 75. 76. 85. dicit, *Paradiſum illum adhuc extare & permanūrū usque ad diem iudicii, in eo loco versari Herocbum & Eliam, illuc esse dulcissimum latronem, in eundem deduci omnes animas iustorum non admittendas ad beatissimam Dei visionem ante diem iudicii.* Idem tradit Iren. lib. 5. & addit, in hunc Paradiſum raptum esse Paulum, & hujus sententia suffragatores laudat Presbyteros Asiae Apóstolorum discipulos. Tertull. libr. de anim. itidem

statuit, superesse adhuc Paradiſum & esse domicilium sanctorum animarum usque ad diem iudicii. Sed cùm per diluvium orbis terrarum miserè sit vastatus, ideo terrestrem illum Paradiſum adhuc superesse frustra asseritur. Quod Basilius in oratione, de Paradiſo & Damasc. lib. 2. orth. fid. cap. 11. disputant, Paradiſum esse locum πάσης τῆς γῆς υψηλότερον ac longè interacente spacio vel maris vel terre ariæ gione mundana secretum & in alto situm, usque ad Lumen circulum pertingentem, quod nec aquæ diluvii pervenerint, id cum Mosaica Paradiſi descriptio non convenit & à Pererio etiam lib. 3. commentar. in Genes. p. 378. ut absurdum & ridiculum rejicitur. Adde quod animæ beatorum cùm sint spiritus, Paradiſi terrestris, utpote corporalis loci, amoenitate capi nequit quam possint. Intelligenda igitur Christi promissio latroni facta non de Paradiſo terrestri & *ἄνθρωπῳ*, sed de Paradiſo coelesti ac *νοντῷ*, qui nihil aliud est, quam *τὸ πᾶς* illud in quo electorum animæ quiete ac felicitate sempernā fruuntur ex beata Dei visione ad illos redundantē, sicut hoc nomen accipitur 2. Corinth. 12. v. 5. & Apocal. 2. ver. 7. Quia enim terrestris ille Paradiſus, in quo primi Parentes ante lapsum habitarunt, sicut *omnis letitiae & felicitatis promuarium, univerſe sensibilis venustatis intelligentiam excedens*, ut loquitur Damascenus l. d. inde factum, ut Spiritus sanctus, qui a corporalibus ad spiritualia, à terrenis ad coelestia, à visibilibus ad intelligibilia animos nostros elevare solet, statum electorum beatissimum post hanc vitam appellari Paradiſum, unde Lutherus in cap. 2. Genes. dictum Christi sic interpretatur: *Paradiſus (inquit) significat conditionem, in qua Adam fuit in Paradiſo, plenus pace, securitate & omnibus donis, que sunt, ubi non est peccatum, quasi dicit Christus, eris bodiē mecum in Paradiſo liber à peccato & securus à morte.* Quod pertinet etiam illud Hieronymi ad Dard. *Paradiſus est terra viventium, divinarum & honorum Dei, quam primus Adam perdidit & secundus invenit.* In coelesti enim illo Paradiſo electi vident Deum à facie ad faciem, liberi sunt à peccato, securi à morbis, à morte & ab omnibus adversis, nulla creatura ipsis potest nocere, circumfluunt gaudio & omnis generis felicitate. Ac fuit hæc significatio Paradiſi pro gaudio vita aeterna in populo Judaico usitata, ut probat R. Joseph Albo Soricensis Hispanus in libro fundamentorum 152. 2. in extremo, inde mortuis solent quietem precari his verbis *בְּרוּ חַדְרֵי קִוֵּשׁ* quies ejus Eden sive Paradiſus, quem locum etiam vocant *לִפְנֵי שְׁמַנְיָה portionem sive partem iustorum*. Quemadmodum enim infernus, locus scilicet ille, in quo cruciantur animæ impiorum post mortem, vocabatur gehenna Matth. 5. v. 22. metaphorice appellatione, deducta à loco illo foetidissimo & abominabili, in quo cultores Moloch liberos suos in holocaustum illi offerebant, Jerem. 7. v. 31. quemque Rex Iosias ossibus mortuorum, cadaveribus jumentorum & sordibus ex vicina urbe Hierosolyma in eum conjectis spurcum & abominabilem reddiderat 2. Regum. 23. 10. ita quoque regnum cœlorum, in quo anima beatorum quiete amoenissimâ, tranquillitate latissimâ ac felicitate sempernâ perfruuntur, vocabatur Paradiſus metaphorâ deductâ ab horro illo amoenissimo & fertilissimo, in quo ab omni corporis & animi molestia liberi primi Parentes ante lapsum

psum agebant, quæ metaphorica Paradisi significatio elucet etiam ex illis Scripturæ locis, in quibus generaliter pro amœno, delectabili & jucundo loco usurpatur. Genes. 13. v. 10. Cantic. 4.v.13. Ezechiel. 28.v.13. cap. 31. vers. 8. & 9. Cùm ergò huic loquendi confuetudini in populo Israelitico recepta & latro & auditores assueverint, ideo Christus eādem uitit, ut & latro & reliqui circumstantes intelligent beatitudinem sempiternam & gaudium regni coelestis huic confessori à Christo promitti. Nec absurdè statuitur, Christum appellatione Paradisi ideo fuisse usum, ut ostenderet se per crucem & mortem suam humano generi reparare illa bona, quæ per peccatum in Paradiso à primis Parentibus sunt amissa. Ut enim primi Parents propter peccatum ex Paradiso expulsi sunt collocatis ante eum Cherubim versatili ac flammæ gladio ab accessu illius hominem arcentibus Genes. 3. v. 24. sic cùm Christus pro peccatis humani generis in cruce satisfaceret, latroni Paradisum aperit, atque in eum secum introducit, ut in perpetuum in eo maneat. Quod enim dicit, *Hodie mecum eris in Pandiso*, nequaquam hunc habet sensum, quod illo solum die gaudiis Paradisi perfruitus sit, excludens ab hisdem die crastino & sequentibus, sed sicut Apostolus dicit 1. Thess. 4. vers. 17. electos cum Domino futuros semper, sic & Christus latroni hīc promittit, quod semel in Paradisum receptus, nunquam ex eo iterum sit ejiciendus, sed perpetuus ejus incola futurus. Potest etiam hoc notari, quod Christus maluerit voce Paradisi quam regni uti, quia per suam resurrectionem, ascensionem ad cœlos & sessionem ad dextram Dei ingressus est in regnum suum. Multa igitur insignes doctrinæ in hac promissione continentur, quas breviter notabimus. 1. Quod CHRISTUS latronem in Paradiso secum fore dicit, eo ipso ostendit, quod licet in passione sua dolores mortis & inferni proper peccata nostra senserit, expectatione tamen Para si & meditatione regni coelestis animum suum confirmaverit. Ostendit etiam se esse Paradisi Dominum, qui in media morte nihilominus retineat potestatem apierendi cœlum & claudendi infernum. *Habeo claves mortis & inferni*, inquit Apoc. 1. versic. 18. Et sic Christi crux non solum fuit supplicium judicati, sed etiam quasi tribunal quoddam judicantis &c. 2. Quia in ipsa passione latroni converso Paradisum aperit, ideo ostendit fructum passionis & mortis suæ esse apertum regni coelestis propter peccatum omnibus hominibus alias clausi, sicut pulcherrimè dicit Athanasij. in libr. variar. question. pagin. 19. non propter solam latronis animam Christum aperuisse Paradisum, sed etiam ob reliquas Sanctorum animas. Origenes homil. 15. in Genet. Quod dixit ad latronem, *bodie mecum eris in Pandiso*, hoc non illi soli dictum, sed & omnibus sanctis intellige, pro quibus in inferna descenderat. Ac Bonavent. in itiner. ment. ad Deum inquit: *Scala Pandisfracta in Adamo, reparata est in Christo*, quod pertinet typus scala Jacobæ à terra ad cœlum usque pertingentis Genes. 28. v. 12. Johann. 1. vers. 53. Sic ergo in conversione & salvatione latronis impleri coepit illud Christi Johann. 12. v. 32. *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* 3. Singulare exemplum divinæ benignitatis Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quarta.

tis ac misericordiae proponitur in eo, quod latro, qui omnis mali, nullius boni sibi conscient, transgressor legis, vita simul & substantia mptor alienæ, ut eum describit Bernhardus de passion. Domini. c. 9. quod, inquam, ille in gratiam recipitur & unus tantum hora spacio in vinea laborans æternæ salutis præmio honoratur. Parcit Deus latroni propter Christum, ut ostendat fructum pœnitentiae fontem misericordiae, celeritatem indulgentiae. Augustinus sermon. 130. de tempor. Christus mortis & Diaboli viator & sacraissimam ingrediens patriam secum latronem introduxit, non conculcans Pandisum istius pietatis opere, sed bonans neq; confundens latronis intritu, sed illusans. Honor enim est Paradisi nomen Dominum habere, qui etiam latronem dignum facere possit Paradisi delitiarum. 4. Latro petierat, Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum, Christus responder: *Hodiè mecum eris in Pandiso*. Sic igitur Christus plus tribuit, quam rogatur, uberior est gratia quam precatio, inquit Ambrosius in h. l. tardius votum precantis est, quam præmium remunerantis. 5. Quia latroni sero pœnitenti janua Paradisi aperitur, ex eo colligitur, pœnitentiam in hac vita nurquam esse nimis seram, modò simul sit vera & seria. Cyprianus tractat. 1. contr. Demetr. circa fin. In ipso adhuc mundo manenti pœnitentia nulla est sem. Fulgentius Epistol. 7. pagin. 555. Nulla prolixitas temporis vel aequitati divine vel pietati præjudicat. Pœnitentia nunquam est apud Deum sem, in cuius confessu semper pro presentibus habentur tam præterita quam futura. Ne quis vero consolatione ad securitatem abutatur & latronem hunc in exemplum trahat, ut sciens ac volens pœnitentiam ad ultimam usque horam differat, ideo notandum, quod latro ea ipsa statim horâ, quâ vocatus est, pœnituerit, quare cùm nos Deus hodiè per verbum vocet, in crastinum pœnitentia non est differenda. Qui enim pœnitentie promisit indulgentiam, is dissimulanti non spondit dicem crastinam, ut loquitur Prosper in sent. Aug. Ideo etiam conjungitur exemplo latronis conversi exemplum latronis alterius, qui in peccatis, quibus assueverat, manet, & in æternam damnationem incidit, ne quis ad securitatem hac doctrinâ abutatur. Si mille homines periissent ex cibi alicujus venenati perceptione, uno duntaxat miraculose servato, tunc cibum illum gultares? 6. Quod Judas, qui per integrum triennium in schola Christi versatus fuerat, tandem in apostasiam & infernū prolabitur, contrâ vero latro, qui per totam vitam sceleribus operam dederat, ac vix per trihorium Christo adhæserat, in Paradisum recipitur, vicissim quod unus solum ex latronibus cum Christo crucifixis convertitur ac salvatur, altero in peccatis perseverante, id quidam sic interpretantur, quod Judas & latro impoenitens absoluto Dei odio fuerint rejecti & ad damnationem destinati, latro vero conversus absoluto quodam Dei beneplacito ad vitam æternam electus. Sed decretum illud absolutæ reprobationis & electionis repugnat manifestis Scriptura dictis, sicut alibi demonstratum fuit. Quod si vel maximè rationes divinorum consiliorum non possumus assequi, præsertim quando ad individua descenditur, teneamus tamen fixum ac firmum, quod iudicia Dei possint esse occulta, injusta autem esse non

non possint, quodque in illis qui salvantur, gratui-
tam Dei misericordiam; in illis, qui pereunt, san-
ctam ejus justitiam agnoscere ac prædicare debea-
mus. Quibus gradibus in apostasian & damnatio-
nem prolapsus fuerit Judas, expositum est superius;
quibus mediis latro conversus fuerit, paulo priùs
declaratum fuit; utamur ergo mediis conversionis
& salutis, vivamus in vero timore Dei, insistamus
precibus, resistamus peccatorum principiis, ne co-
gitatio prava delectationem, delectatio conser-
num, consensus opus gignat, opus consuetudinem,
consuetudo necessitatem, necessitas pertinaciam,
pertinacia desperationem, desperation damna-
tionem pariat. 7. In duobus hisce latronibus, quo-
rum unus ad Christum convertitur ac salvatur, alter
verò Christum blasphemat & in inferni bar-
athrum precipitatur, populum Judaicum & genti-
lem præfigurari dicunt veteres. Hilar. canon. 3. in
Matth. *Duo latrones leve ac dextre affiguntur, omnem
humani generis universitatem vocari ad Sacra-
mentum passionis Domini ostendentes.* Sed quia per di-
versitatem fidelium atque infidelium sit omnium secun-
dum dextram sinistramque divisio, unus ex duobus ad
dextram stet, fidei justificatione salvatur. Isidor.
Pelusiota lib. 1. Epistol. 256. *Quod Dominus inter
duos latrones cruci affigi sustinuerit, voluntariam ipsi-
us ad duos populis presentiam patet fecit, ad quos uirum
que per incarnationem suam renovaret, ulro ac spon-
te accessit, etiam si prior, quemadmodum ex latro-
nibus unus id beneficium repudiariit, non habemus
Regem, inquiens, nisi Cesarem, dum & innoxium
sanguinem in capitis sui perniciem depoposcit &
bus modi cede tanquam iusta gloriatus est. Ex quo effe-
ctum est, ut & hic populus & Latro ille regno excede-
rim.* Populus gentilis ad Christum conversus po-
pulum Judaicum, à quo Christus crucifixus adhuc
hodiè blasphematur, quotidiè increpat atq; à con-
victis sibi temperare jubet. 8. In exemplo latro-
num quoque ostenditur, quod homines diversimode
crucem suscipiant. Quando extra poenam con-
stituti sunt, liberè & securè peccatis suis indulgent,
contemnunt admonitiones verbi &c. quando Deus
crucem illis immittit, non eodem modo
omnes illam suscipiunt, quidam ut hic latro à sinis-
tris redduntur impatiens, pergit in peccatis,
quarunt externam tantum liberationem, quidam
verò ut latro à dextris patiuntur crux sibi esse ad-
miniculum pœnitentia; agnoscunt peccata, conver-
tuntur vera fide ad Christum & aequo animo corpo-
ralem afflictionem tolerant &c. 9. Quod latro-
ni promittitur, non tollit afflictionem corpora-
lem, aut praesentes ejus miseras minuit, sed cogitur
in cruce pendere usque ad mortem, sic pii licet sint
Deo reconciliati & obtineant remissionem peccato-
rum, tamen non sentiunt exteriorem quandam li-
berationem vel mitigationem pœnarum, sed inter-
ius vivificâ consolatione Spiritus perfunduntur,
ergo gratia Dei non est estimanda sensu carnis, nec
de remissione peccatorum statuendum ex statu ex-
terno, sed ex promissione & fide. 10. Quia latro-
ni à Christo promittitur, quod eo ipso die cum
Christo Paradisum ingressurus sit, ex eo colligitur
anima immortalitas, quod scilicet anima non in-
tereat unâ cum corpore Matth. 10. vers. 28. sed sta-
tim à morte hominis vel in cœlum ab Angelis trans-
portetur vel in infernum à Diabolis detrudatur.

Luc. 16. vers. 22. conjungenda olim corpori in die
novissimo resuscitando. 11. Confutatur etiam ver-
bis Christi, *Hodie mecum eris in Paradiſo*, error il-
lorum, qui existimant, animas à corpore solutas
sonno quodam sopitas in certo quodam loco quiete-
scere, nec cum Christo in regno celorum & gaudi-
vitæ aeternæ versari. Quamvis enim pars felici-
tatis non postrema acceditur sit electis, quando
anima illorum cum corporibus in die novissimo
conjugentur, quo sensu perfecta & consummata
felicitas ante illam unionem animæ & corporis il-
lis denegatur Heb. 11. vers. 4 Apocal. 6. v. 12, tamen
hic locus clarè testatur, animas piorum cum Chri-
sto in cœlesti Paradiſo vivere ac summâ felicitate,
tranquillitate ac laetitiae perfaci. Idem confirmant
etiam alia Scriptura testimonia. Deuter. 33. v. 3. Sa-
pient. 3. vers. 1. Luc. 16. vers. 22. Philip. 1. vers. 23,
Apocal. 7. vers. 15. cap. 14. vers. 13. &c. Theophy-
laclitus in lucam refert varias rationes, quibus pa-
tronii erroneæ illius opinionis hunc locum torque-
re consueverint, inter quos eminet illa, quod qui-
dam adverbium *Hodie*, separent à membro sequente
& conjungant illud cum verbo præcedente, ut
talis sit distinctio: *Amen tibi dico bodiè*, ac postea
subiungatur, *mecum eris in Paradiſo*. Sed omnes
Codices Græci aliter distinguit & resipit ostendit,
προσδιοριζόντω illum temporis emphaticè ad-
ditum sequenti membro orationis conjugandum
esse, si enim priori membro conjunga-
tur, omnis illius emphasis perit. 12. Præterea
his Christi verbis ignis purgatorius Pontificum
penitus extinguitur. Christus enim latronem fla-
gitii per omnem vitam deditum, tandem verò
in fine vita pœnitentem non ablegat ad purgatoriū,
sed rectâ secum deducit in Paradiſum. Varias
autem querunt præstigias purgatorii illius ignis
patroni, ut evidenter hujus dicti nebulae offun-
dant, uti constat ex Colloq. Ratisbon. session. 1. p.
46. edit. Laving. Bellarmin. lib. 1. de purgatorio
cap. 12. Schopp. in Apolog. pag. 47. & aliis. Quis,
inquit, confirmare ausit, latronem illum non ve-
nisse in purgatorium, sed rectâ in Paradiſum? Atque
verba Christi sunt satis manifesta & Solis radiiscri-
pta. *Hodie mecum eris in Paradiſo*, aut igitur sta-
tuendum erit ipsum etiam Christum in purgatoriū
cum latrone descendisse, aut latronem rectâ
cum Christo in Paradiſum ascendisse. Quod si
singamus latronem brevissimo solum tempore in
purgatorio sudasse, quomodo hoc conveniet cum
hypothesibus doctrinæ de purgatorio, quod quo
minor fuerit satisfactio pro peccatis in hac vita,
eo longior in purgatorio requiratur mora? quo-
modo conveniet cum divina iustitia, quod reli-
qui minoribus peccatis obnoxii diutiū in hoc
igne astuent? At, inquit, patientia ejus summa
potuit acceptari pro satisfactione, ac confessio Christi
eo tempore edita, quo ab Apostolis etiam negabatur,
satisfactio loco esse potuit coram Deo, quin &
contrario tanta in eo esse potuisse, ut omnem statim reatum
purgari, unde & Martyrem eum in colloquio Ratisbon. ap-
pellant. Respon. hoc verò est fingere & inania
effugia querere, non autem veritatem diligere.
Ostendimus superius latronem verbis evidenter
testari, quod nequaquam suis meritis sed soli
benignitati divinae & Christi merito confidat. Pro-
ficitur se digna factis suis recipere, quomodo igitur
passio

passio ipsius potest statui vel meritoria vel satisfactoria? Nemo vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut malificus, inquit Petrus 1. Epistol. 3.v. 15. si au-
temporibus officiamini in nomine Christi, beati eritis. Ne piorum quidem passionibus tribui potest, quod
sunt meritoriae ac satisfactoriae, ut suo loco pleni-
us demonstratum fuit, quanto minus haec glo-
ria, solius Christi passionibus debita, tribui potest lat-
tronis passioni, quam enoribus suis flagitiis pro-
meritus erat, eademque non divino iudicio, sed
Magistratu ac legibus politicis satisfaciebat. Au-
gustinus alicubi rhetorico quadam schemate di-
cit, latronem impleuisse memuram Martyris. Apud
Deum (inquit) tantum valui, quod confessus est Domini-
num crucifixum, quantum si fuisset pro Domino cru-
cifixus, atque ita inventa est in eo mensura Marty-
ris, qui tunc in Christum creditit, quando defec-
runt, qui futuri erant Martyres ac superius eadem
rhetoricatione usi latronem quasi primum Christi cru-
cifixi Martyrem fuisse diximus. Sed oratoria il-
læ rhetoricationes non efficiunt, ut Martyrium
propriæ dictum huic latroni tribuere possimus, ma-
net enim perpetuum discrimen inter *λύτρον, μαρτυρίου, δικαιοσύνης ή υπωρείαν*. Crux hujus latronis est
λύτρον, quam gravioribus flagitiis justè fuerat
promeritus nequam igitur est *μαρτυρίου*, quod
est mors Sanctorum, non propter externa flagitia,
sed propter confessionem vera doctrina tolerata,
multò minus est *λύτρον* satisfactio quædam pro pec-
catis, quem honorem soli Christo debitum ad la-
tronem ob facinora sua crucifixum transferre, est
cœlum terræ miscere. Quod de vi perfectæ contritionis
omnem reatum subito expurgantis additur,
illud commentum alibi refutatum fuit. Scriptu-
ra non novit, aliam peccatorum purgationem,
quam quæ sit per Christi sanguinem in vera fide
nobis aspersum. Tandem igitur eo abeunt, quod
privilegia paucorum non constituant, nec evertant re-
gulam. Atqui una est omnium piorum coram
Deo justificatio, gratuita scilicet ex fide in Chri-
stum Mediatorem, id quod Apostolus clare ostendit.

dit, quando Roman. 4. vers. 1. & seqq. ex particula-
ri Abrahæ justificati exemplo generalem justificationis formam ac modum probat. Quod ergo
anima conversi latronis sine purgatoriis cuiusdam
ignis interventu rectâ in Paradisum est sublata, id
non est personale quoddam privilegium, sed gene-
rale exemplum, non propter ipsum tantum scriptum,
sed & propter nos, ut certi simus omnes verè poenitentes & in Christum credentes post mortem non
descendere in Purgatoriis flammis, sed elevari ad
Paradisi delicias, sicut de exemplo Abrahæ in simili
casu pronunciat Apostolus Rom. 4.v. 24. qui enim
in Domino moriuntur, beatissimæ sunt. Apocal. 14.
vers. 13. quæ generalis doctrina ex hoc particulari
exemplio latronis est deducta. 13. Denique la-
tronis hujus exemplo evertitur opinio de absolu-
ta Baptismi necessitate ac confirmatur regula illa
Theologica, quod non privatio sed contemptus Sacra-
mentis fit damnabilis. Cyprian. Epistol. 73. ad Ju-
baian. & sermon. de cœna statuit, latronem hunc
Baptismo sanguinis fuisse baptizatum, sed qualis
Martyr fuit hic latro, talis etiam Baptismus ille san-
guinis, verbis scilicet valde *καλός γένος* acceptis;
Ne quidem Martyrum propriæ dictorum sanguini
tribuenda vis illa purgandi peccata, quam in Bapti-
smo Christi sanguis nobis confert, quanto minus
latronis hujus sanguini ea tribui potest, ut in loco
de Baptismo latius declaratum fuit. Augustin. lib. 1.
de anima & ejus origine cap. 9. putat, non carere
probabilitatem, quod hic latro baptizatus fuerit aqua que
ex Christi latere effluxit. Sed quis addidit aspersioni
aqua verba substantia Baptismi, cum Christus
jamdum expirasset in cruce? incertum etiam est,
an aqua illa ex latere Christi profluens latronem at-
tigerit? Certum igitur esto, latronem fide obrinu-
isse peccatorum remissionem & ingressum Para-
disi, licet morte præventus fuerit, antequam Baptis-
mi Sacramentum suscepit.

*Qui promisisti Paradisum Christi latroni.
Discipuli nolis immemor esse tui.*

CAPUT CCII.

Pericope prior.

MARIÆ MATRIS CURA JOHANNI COMMENDA-
TUR, SOL OBSCURATUR, CHRISTUS SE A DEO DERELICTUM
CONQUERITUR.

MATTH. 27. v. 45. MARC. 15. v. 33. LUC. 23. v. 44.
JOHANN. 19. v. 25.

RATIO ORDINIS.

Pot blasphemias in Christum conjectas
Matthæus, Marcus & Lucas commen-
morant miraculosas illas Solis te-
nebras, sed Johannes, qui post reli-
quos Evangelistas scriptus, præter-
missa tenebrarum istarum mentione refert, quo-
modo Christus in cruce pendens Mariæ ma-
tris suæ curam Johanni commendaverit, quam
Harm. Tom. III. vel Gerhard. Com. pars quartæ.

historiam ante illas tenebras collocandam ex
eo colligitur; CHRISTUS dicitur vidisse
matrem sub crucestantem & quidem eminus,
quia prætervi milites proprii eam accedere
non permiserunt. Atqui si fuerunt palpabi-
les tenebrae, ut plerique de illis statuunt, non
potuissent eam eminus contueri. In ipsis te-
nebris à sexta scil. hora usque ad nonam nihil di-
ctum

Aa 3

ctum